Schönbach, Anton Emanuel
Studien zur Geschichte
der altdeutschen Predigt

SITZUNGSBERICHTE
DER
KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN WIEN
PHILOSOPHISCH-HISTORISCHE KLASSE.

BAND CLI.

II.

STUDIEN ZUR GESCHICHTE DER ALTDEUTSCHEN PREDIGT.

VON

ANTON E. SCHÖNBACH,
WIRKL. MITGLIEDE DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

VIERTES STÜCK:

DIE ÜBERLIEFERUNG DER WERKE BERTHOLDS VON REGENSBURG. I.

(VORGELEGT IN DER SITZUNG AM 1. FEBRUAR 1905.)

WIEN, 1905.

IN KOMMISSION BEI CARL GEROLD'S SOHN
BUCHHÄNDLER DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

Detter, Ferdinand: Die Völuspa. 8⁰. 1899. 1 K 30 h = 1 M. 30 Pf.

Dimand, Bernhard: Zur rumänischen Moduslehre. 4⁰. 1904. 14 K 20 h = 14 M. 20 Pf.

Grienberger, Theodor v.: Untersuchungen zur gotischen Wortkunde. 8⁰. 1900. 5 K 80 h = 5 M. 80 Pf.

Heinzel, Richard: Abhandlungen zum altdeutschen Drama. 8⁰. 1896. 2 K 60 h = 2 M. 60 Pf.

Herzog, Dr. Eugen: Untersuchungen zu Macé de la Charité's altfranzösischer Uebersetzung des Alten Testamentes. 8⁰. 1900. 1 K 80 h = 1 M. 80 Pf.

Kelle, Dr. Johann v.: Ueber Honorius Augustodunensis und das Elucidarium sive Dialogus de summa totius christianae theologiae. 8⁰. 1901. 40 h = 40 Pf.

— Ueber ein in Wallerstein aufgefundenes Bruchstück der Notkerschen Psalmenübersetzung. 8⁰. 1901. 30 h = 30 Pf.

— Untersuchungen über das speculum ecclesiae des Honorius und die libri deflorationum des Abtes Werner. 8⁰. 1902. 1 K = 1 M.

— Untersuchungen über das Offendiculum des Honorius, sein Verhältnis zu dem gleichfalls einem Honorius zugeschriebenen Eucharistion und Elucidarius sowie zu den deutschen Gedichten Gehugde und Pfaffenleben. 8⁰. 1904. 1 K 10 h = 1 M. 10 Pf.

Maddalena, E.: Uno scenario inedito. 8⁰. 1901. 60 h = 60 Pf.

Meyer-Lübke, Wilhelm: Die Betonung im Gallischen. 8⁰. 1901. 1 K 60 h = 1 M. 60 Pf.

— Zur Kenntniss des Altlogudoresischen. 8⁰. 1902. 1 K 70 h = 1 M. 70 Pf.

Mussafia, A.: Zur Kritik und Interpretation romanischer Texte. 8⁰. 1896. 1 K = 1 M.

— — Zweiter Beitrag. 8⁰. 1897. 1 K 60 h = 1 M. 60 Pf.

— — Dritter Beitrag. 8⁰. 1897. 1 K 30 h = 1 M. 30 Pf.

— — Vierter Beitrag. 8⁰. 1898. 1 K 90 h = 1 M. 90 Pf.

— — Fünfter Beitrag. 8⁰. 1901. 70 h = 70 Pf.

— — Sechster Beitrag. 8⁰. 1902. 1 K 50 h = 1 M. 50 Pf.

— Studien zu den mittelalterlichen Marienlegenden. V. 8⁰. 1898. 1 K 70 h = 1 M. 70 Pf.

— Dei codici Vaticani latini 3195 e 3196 d[illegible] Petrarca. 4⁰. 1899. [illegible]

— Per la bibliografia dei Cancioneros spagnuoli [illegible] 1 K 60 h [illegible]

SITZUNGSBERICHTE
DER
KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN WIEN
PHILOSOPHISCH-HISTORISCHE KLASSE.

BAND CLI.

II.

STUDIEN ZUR GESCHICHTE DER ALTDEUTSCHEN PREDIGT.

VON

ANTON E. SCHÖNBACH,

WIRKL. MITGLIEDE DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.


VIERTES STÜCK:

DIE ÜBERLIEFERUNG DER WERKE BERTHOLDS VON REGENSBURG. I.

(VORGELEGT IN DER SITZUNG AM 1. FEBRUAR 1905.)

WIEN, 1905.

IN KOMMISSION BEI CARL GEROLD'S SOHN
BUCHHÄNDLER DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.



Druck von Adolf Holzhausen,
k. und k. Hof- und Universitäts-Buchdrucker in Wien.

Vorbemerkung.

Es war ursprünglich nicht meine Absicht, die Arbeit, welche die ‚Überlieferung der Werke Bertholds von Regensburg' untersucht, in zwei Stücke zu zerschneiden und diese gesondert vorzulegen. Solches ist mir aufgedrängt worden dadurch, daß der Umfang des Ganzen das übliche Maß bei weitem überschritten hätte, und hat sich insoferne noch empfohlen, als es dem Leser der Untersuchungen bequem sein wird, einen Teil des erforderlichen Materiales bereits gedruckt zu finden. Ohnedies erübrigen noch genug Beilagen für den zweiten Abschnitt. Der erste führt außerdem, daß bereits bekannte Handschriften ausgenutzt werden, noch bisher unbekannte Quellen vor, unter denen weitaus die wichtigste der zweite Baumgartenberger Rusticanus (de Sanctis und de Communi) in der k. k. Studienbibliothek zu Linz darstellt. Die Auffindung dieses Kodex wurde mir durch die Notizen des Herrn Professor Dr. Konrad Schiffmann am Gymnasium Petrinum zu Linz ermöglicht, dem ich dafür sowie für seine stets hilfsbereite Güte den herzlichsten Dank ausspreche. Solchen schulde ich auch Herrn Prälaten Dr. Adolf Franz in München, der kaiserlichen Hofbibliothek in Wien, der königlichen Hof- und Staatsbibliothek in München, den ehrwürdigen Zisterzienserstiftern Lilienfeld

und Hohenfurt, dem hochlöblichen Minoritenkonvent zu Freiburg in der Schweiz, von welchen allen ich bei meiner Arbeit freundlichst unterstützt und gefördert wurde.

Der zweite Abschnitt der Studie mit den Untersuchungen ist zum guten Teile bereits niedergeschrieben und wird, wie ich hoffe, binnen kurzer Frist nachfolgen können.

1.
Aus dem Baumgartenberger Rusticanus de Dominicis.

Diesen Kodex, der sich heute auf der k. k. öffentlichen Bibliothek zu Linz befindet, einstens dem Zisterzienserkloster Baumgartenberg in Oberösterreich gehörte, hat zuerst Georg Jakob beschrieben in seinem Buche: ‚Die lateinischen Reden des seligen Berthold von Regensburg' (1880), S. 14f. und hat S. 45—55 seinen Inhalt verzeichnet; vgl. meine Studien zur Geschichte der altdeutschen Predigt, 2. Stück (1900, Sitzungsber. 142. Band, 7. Abh.), S. 1f. Den Angaben Jakobs kann ich noch die Notiz hinzufügen, daß in dieser Linzer Handschrift am Schluß nach dem Sachregister 174[ab] ein Aufsatz steht: *De multiplici errore Romanorum*; dieser stimmt sachlich großenteils mit der Kaiserchronik, ed. Schröder, V. 43—208 überein (im Pantheon findet *bûhurten* statt wie V. 181), ist aber reichhaltiger; vgl. dazu Maßmann, Kaiserchr. 3, 308. 318f.

Im Folgenden entnehme ich dieser Handschrift zunächst zwei Stücke, die sechste Predigt (in Jakobs Verzeichnis S. 47 die achte): *Dominica infra Nativitatem*, und die elfte (bei Jakob die zwölfte): *Dominica quarta post Epiphaniam*, beide *de Antichristo.* Das sind nämlich die beiden Reden, welche dem Minoriten Salimbene (über ihn vgl. Emil Michael S. J.: S. und seine Chronik, Innsbruck 1889, bes. S. 103f.) so wichtig schienen, daß er sie für sich abschrieb, gemäß seiner Äußerung (vgl. die Auszüge von Konrad Hofmann, Sitzungsber. der königl. bayr. Akademie der Wissenschaften 1867, II, S. 375ff.): Item per anni circulum fecit (Berthold) magnum volumen sermonum, tam de festivitatibus quam de tempore, id est de dominicis totius anni; ex quibus nonnisi duos scripsi pro eo, quod op-

time de Antichristo tractabat in illis. quorum primus sic inchoabat: *Ecce positus est hic in ruinam,* alius erat: *Ascendente Jhesu in naviculam secuti sunt eum discipuli ejus:* in quibus plenissime continetur tam de Antichristo quam de tremendo judicio. Aus Salimbenes Angabe über einen Band Bertholdscher Predigten *de festivitatibus et de tempore* wird man wohl schließen dürfen, daß ihm zwei Sammlungen vorlagen: ein Rusticanus de Sanctis und ein Rusticanus de Dominicis, jedesfalls aber hat er nach seinen eigenen Worten die beiden Stücke nur aus dem Rusticanus de Dominicis kopiert. Dadurch wird jeder Zweifel behoben, ob die Stücke, welche ich vorlege, auch die seien, die Salimbene meinte; wenn er davon spricht, daß sie außer über den Antichrist auch *de tremendo judicio* handeln, so paßt das nur sehr allgemein auf diese zwei Predigten, eine besondere Erörterung und Beschreibung des jüngsten Gerichtes findet sich darin nicht. Hofmann hatte die von Salimbene bezeichneten Stücke nicht gefunden (S. 384), Jakob kannte sie (S. 28). Es ist natürlich von besonderem Interesse für uns, die Predigten kennen zu lernen, welche die Aufmerksamkeit des immerhin gelehrten und urteilsfähigen Salimbene in solchem Maße auf sich zogen; hier aber wird man eine Enttäuschung erfahren, die darauf zurückgeht, daß der Standpunkt Salimbenes ein ganz anderer war, als der ist, von dem aus wir heute einzelne Stücke aus Bertholds Werk als die besten einschätzen möchten.

Für Salimbene war an den beiden Predigten Bertholds das Wichtigste, daß in ihnen möglichst vollständig *(plenissime* sagt er) zusammengetragen war, was aus der heil. Schrift über die Schicksale des Antichrist ermittelt werden konnte, der gegen das Ende der Welt auftreten sollte. Das war jedoch gelehrte, kompilatorische Arbeit, die Berthold dabei zu verrichten hatte,[1] die schöpferischen Gaben des mächtigen Volksredners kommen dabei gar nicht zur Verwendung. Immerhin bleiben die beiden Predigten in hohem Grade merkwürdig.

---

[1] Die beste Übersicht der Vorstellungen mittelalterlicher Theologen vom Antichrist bietet noch immer Döllingers ‚Christentum und Kirche in der Zeit der Grundlegung' (2. Aufl. 1868), Beil. 1, S. 425 ff. Denn die neuesten Arbeiten, vornehmlich von Neumann, berücksichtigen doch eigentlich nur das patristische Zeitalter.

Denn Berthold schöpft zwar das meiste, was er darlegt, aus älteren Schriften: der Glossa ordinaria und interlinearis, aus den Moralien Gregors des Großen, aus dem Abschnitt über den Antichrist in den Sentenzen Isidors von Sevilla und endlich auch aus einem späteren Theologen, nämlich den Erklärungen Hugos von St. Victor, er hat aber doch eine selbständige Auffassung vom Erscheinen des Antichrist zur Geltung gebracht. Die enge Beziehung zu gutgewählten Vorgängern schützt ihn vor der Aufnahme phantastischer Erfindungen und Spekulationen über die Eschatologie und es ist bezeichnend für sein gesundes Urteil, daß die bekannte Schrift des Mönches Adso von Moutier-en-Der, der libellus de Antichristo, die während des ganzen Mittelalters ihr Unwesen trieb, auf Bertholds Darstellung keinen Einfluß ausgeübt hat (Abs. *g* der zweiten Predigt hält er den Antichrist nicht für den Teufel, obgleich von diesem inspiriert).

Die Stellen der heil. Schrift, welche Berthold zugrunde legt, sind dieselben, die seit alter Zeit kombiniert wurden: einige Kapitel der Apokalypse des Johannes, das zweite Kapitel des zweiten Briefes Pauli an die Thessalonicher V. 1—12, Daniel Kapitel 7—11, Genesis 49, 17, Johannesevangelium 5, 43, aus Matthäus das 24. Kapitel, einige Verse aus Job und vornehmlich der ganze zehnte (nach den Hebräern) Psalm. Nur diese letztgenannte Stelle war früher nicht so ausgedehnt für die eschatologischen Vorstellungen verwertet worden. Charakteristisch für Berthold ist vor allem, daß er das Erscheinen des Antichrists für seine eigene Gegenwart oder eine kurz darnach folgende Zeit erwartet. Das erhellt aus dem ganzen Zusammenhange seiner beiden Predigten, aber auch aus einzelnen Stellen: am Beginn des Abschnittes *b* der ersten Rede sagt er: *quod autem sumus in fine mundi, multis signis potest ostendi*; Blatt 40[a] spricht er von der *persecutio fraudulenta* des Antichrist, *que nunc fit per hereticos et falsos fratres*; ebendort verbindet er die Ankunft des *Ordo praedicatorum* mit der des Antichrist; am Schlusse des zweiten Stückes hofft er, seine Arbeit werde den Gläubigen nutzen, *si non in presenti,* so doch später.

Daß der Antichrist im 13. Jahrhundert erscheinen werde, war aber die Ansicht der Joachimiten, der Anhänger der Lehren

des Abtes Joachim von Floris. Sie erwarteten sie um 1260 und fanden sich durch den Sturz der Staufer in ihrer Meinung bestärkt; nachmals setzte man 1335 als den nächsten Termin an. Berthold von Regensburg gehörte, wie sich noch zeigen wird, zu diesen Joachimiten, wenn auch zu den gemäßigten, die ja überhaupt unter den Idealisten der Minoriten, den Spiritualen, welche mit Strenge an den Zielen des heil. Franz von Assisi festhielten, stark vertreten waren (vgl. die Arbeiten von Denifle im Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters 1, 49 ff.; von Ehrle, ebenda 1, 509 ff. 2, 108 ff. 3, 553 ff. 4, 1 ff.). Er besaß eine hohe Meinung vom *Evangelium aeternum,* allerdings nicht im Sinne des Gerard von Borgo san Donnino und der Fraticellen. Das erhellt auch aus der Art, wie er im Anfang und Verlauf der zweiten Predigt über die *tribulationes* der Kirche spricht. Nun war auch Salimbene ein Joachimit, obschon seine Haltung diesem strengen Ideale wenig entsprochen zu haben scheint (vgl. darüber Michael a. a. O., bes. S. 73 ff.), und in der darnach wohl begreiflichen Übereinstimmung seiner Ansichten über die letzten Dinge mit denen Bertholds von Regensburg in den beiden Reden werden wir vielleicht den gewichtigsten Grund erblicken dürfen, weshalb er diese Stücke für sich abschrieb, vielleicht auch für das ungemeine Lob, das er Berthold als Prediger zollte.

Noch erwähne ich, daß Berthold für die Behandlung der eschatologischen Dinge sich schon früh durch eine exegetische Arbeit zugerüstet hatte, nämlich den Kommentar zur Apokalypse, dessen Salimbene a. a. O. gedenkt und aus dem dieser gleichfalls ein Stück kopiert hatte. Da jedoch dieses Werk bis zur Stunde noch nicht wieder aufgefunden ist, vermag ich nicht festzustellen, ob es Berthold nicht bei seinen beiden Antichristpredigten reichlicher benutzt hat. — — —

(22, 2.) Sermo Sextus.

Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel et in signum, cui contradicetur. Christo contradicunt omnes peccatores et reddunt sibi malum pro bono. de quo dicitur in epistola: at ubi venit plenitudo temporis etc. sed unus inter omnes ei maxime contradicet, hic est Antichristus.

---

1 Luk. 2, 34. 4 Galat. 4, 4.

unde et ipse pre omnibus peccatoribus contrariatur Christo, per antinomasiam dicitur Antichristus, id est: contrarius Christo. unde, cum sepe de membris ejus, id est, peccatoribus loquamur, hodie tamen de ipso, qui est caput omnium peccatorum, ut Christus bonorum, loqui proponimus ad confusionem sui et gloriam Christi.

Primo ergo videamus, quando veniat et de ejus precursoribus et loco nativitatis ejus et potestate ejus et malitia, de modis decipiendi et de causa, cur Deus permittat eum regnare; item de superbia ejus et de inmunditia vite ejus et de blasphemia et de multis aliis.

[a] Quando veniat Antichristus. Antichristus veniet in tempore habundantie peccatorum, sicut dicit Daniel VIII: ‚cum creverint iniquitates, id est habundaverint, consurget rex impudens facie — Glosa: id est Antichristus — et intelligens propositiones‘ — Glosa: id est intelligere faciens, que tunc proponuntur —; et Mat. XXIV: ‚quoniam habundavit iniquitas — Glosa: id est infidelitas, et hic plene tempore Antichristi —, refrigescet caritas multorum‘. Daniel XI. d.: ‚et stabit in loco ejus vilissimus [23a] — Glosa: id est Antichristus —, qui scilicet in fine mundi consurget de gente modica, id est de populo Judeorum, et venturus est de Babylone. iterum veniet in tempore scismatis et discordie. II Thes. II: ‚ne quis vos seducat ullo modo, quasi instet dies Domini‘, id est dies judicii, nisi venerit discessio primum. Glosa: nam veniet Dominus ad judicium; ‚nisi primum venerit discessio‘, id est, nisi primum gentes a Romano discedant imperio, vel discessio ecclesiarum a spirituali obedientia Romane ecclesie; vel hominum discessio a fide; vel nisi prius manifestatus fuerit, vel ‚revelatus fuerit homo peccati‘, id est Antichristus. homo, non Deus, peccati servus factus, qui est ‚filius perditionis‘, quia ipse perdendus est, id est diabolus, qui perdit homines. cujus filius dicitur Antichristus, non per naturam, sed per imitationem, vel ‚filius perditionis‘, quia ipse perdendus est et alios perdet. sequitur: ‚et tunc revelabitur ille iniquus‘. Glosa: ‚tunc‘, scilicet, cum

---

13 Daniel 8, 23. 17 Matth. 24, 12. Die *Glosa*, welche hier zitiert wird, ist nicht die *ordinaria*, sondern die *interlinearis* des Anselmus von Laon. 19 Dan. 11, 20. 21 Dan. 11, 23: et superabit in modico populo. 23 2 Thess. 2, 2 f.

facta fuerit ‚discessio primum‘ a fide vel obedientia Romane ecclesie, ‚revelabitur‘, id est manifestabitur, ‚ille iniquus‘, id est Antichristus. Item veniet in fine mundi. Gen. XLIX: ‚fiat Dan coluber in via etc.‘ Glosa: id est Antichristus, quem de tribu Dan venturum asserunt. sequitur: ‚mordens ungulas equi‘. Glosa: qui in fine mundi veniet, et mundus equus dicitur, quia cito transit gloria ejus. ‚mordebit ungulas equi‘, Glosa: id est extrema mundi seducere nititur, id est: eos, qui sunt in fine mundi mordens morsu callide persuasionis, interficiens veneno sui erroris, ut cadat ascensor ejus retro. Glosa: ascensor hujus equi, id est mundi, est quilibet spem in mundo ponens. iste ascensor cadit retro. Glosa: mundi dignitate elatus et ignorans, ad que supplicia repente ducatur, cadet retro, id est in terram, unde assumptus est. Exo. XVI: equum et ascensorem projecit in mare. de hoc equo Pro.: ‚fallax equus ad salutem‘, vel retro in peccatum. quod facit animam esse retro a Deo vel retro, id est in infernum, unde nullus revertitur, quia in inferno nulla est redemptio. item Jo. IIII: ‚audistis quoniam Antichristus venit‘. Glosa: imminente die judicii. nos a passione Christi sumus in fine seculi (23[b]).

[b] Quod autem sumus in fine mundi, multis signis potest ostendi. primo per hoc, quod dicit apostolus I. ad Cor.: ‚nos sumus, in quos fines seculorum devenerunt‘. Glosa: quia ultima etate seculi sumus. Jo. V: ‚ecce, judex ante januam assistit‘. Apok. ultimo: ‚ecce venio velociter‘. Hebr. X: ‚adhuc modicum, et qui venturus est, veniet et non tardabit‘. secundo per hoc, quod dicitur I. Jo. II.: ‚filioli mei, novissima hora est‘. Glosa: id est, in undecima sumus, de qua dicitur Mat. XI: ‚circa undecimam horam exiit‘. ibi dicit Glosa: undecima hora est ab adventu Domini usque ad finem mundi. tercium signum est hoc, quod dicitur Thy. III: ‚hoc autem scio, quod novissimis diebus instabunt‘, scilicet sanctis periculosa tempora, quia erunt homines se ipsos amantes, non Deum, non proximum. ex hoc autem amore, quasi ex radice mala, que secuntur, oriuntur,

---

3 Gen. 49, 17. 14 Exod. 14, 23 f. 15 Psalm. 32, 17. 18 1 Joann. 2, 18. 22 1 Cor. 10, 11. 24 Jakob. 5, 9. 25 Apok. 22, 7. — Hebr. 10, 37. 27 1 Joann. 2, 18. 28 Matth. 20, 6. 31 2 Tim. 3, 1: -scito *Vulg.*

scilicet quod erunt homines cupidi, elati, superbi etc. quartum signum, quod dicitur Luc. XIIII: ‚homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos et misit servum suum hora cene dicere invitatis, ut venirent, quia omnia parata sunt'. Glosa: hora cene finis est mundi. in hoc fine mittitur servus, id est ordo predicatorum ad invitatos per legem et prophetas, ut repulso fastidio ad gustandam cenam se preparent, quia jam omnia parata sunt. Christo enim immolato introitus regni patet. quintum habetur Marc. XXIIII: ‚et predicabitur hoc ewangelium in universo orbe in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet consummatio'. omnibus gentibus, Glosa: id est de omni gente credentibus in testimonium sue dampnationis.

[c] De precursoribus Antichristi. ad adventum Antichristi multi jam Antichristi precesserunt. Jo. II: ‚sicut audistis, quia Antichristus venit, nunc autem Antichristi multi sunt facti'. Glosa: quia baptizati et crismate inuncti Christo et ecclesie ejus sunt contrarii. item Glosa: Antichristi sunt omnes heretici, qui fidem, quam fatentur, destruunt actibus, omnes Christo contrarii, quia venturo suo capiti reddunt testimonium, quia misterium iniquitatis jam operantur. ibidem: ‚qui negat, quoniam Jhesus est Christus'. Glosa: Messyas in lege promissus, hic est Antichristus. et iterum Jo. IIII: ‚omnis spiritus, qui solvit Jhesum, ex Deo (24[a]) non est, et hic est Antichristus'. Glosa: solvit Jhesum, qui membra a Deo dividit, qui verba male interpretatur, qui precepta Dei negligit, qui a Deo male vivendo recedit.

[d] De loco nativitatis Antichristi. ubi autem nascetur Antichristus et de qua tribu, dicit Glosa super illud Daniel XI: ‚Deum patrum suorum non reputabit'. Glosa: patrum suorum Abraham, Ysaac et Jacob, de quorum progenie nascetur Antichristus in Babylone de tribu Dan, sicut aiunt. unde Gen. XLIX: ‚fiat Dan coluber in via'. Glosa: id est Antichristus, quem de tribu Dan venturum asserunt. et super illud Thes. II: ‚nisi revelatus fuerit homo peccati etc.' Glosa: nascetur autem Antichristus in Babylone de tribu Dan, juxta quod Jacob ait: ‚fiat

---

2 Luk. 14, 16. 9 Matth. 24, 14. 14 1 Joann. 2, 18. 20 1 Joann. 2, 22. 22 1 Joann. 4, 3. 29 Daniel 11, 37. 31. 35 Genes. 49, 17. 33 2 Thess. 2, 3.

Dan etc.‘ et cum venerit Jerosolimam, circumcidet se dicens Judeis: ego sum Christus in lege vobis promissus. quod autem Judei Antichristum recipient. Judei autem, qui noluerunt recipere Christum, recipient Antichristum tamquam Messiam suum et credent in eum. unde super illud Thes. II: ‚nisi revelatus fuerit homo peccati etc.‘ dicit Glosa: cum venerit Antichristus Jerosolimam, circumcidet se, et tunc confluent ad eum omnes Judei et reedificabunt templum a Romanis destructum, sedebitque ibi dicens se esse Deum. unde sequitur in textu: ‚ita ut in templo Dei sedeat, [ostendens se] tamquam sit Deus‘. Item Jo. V: ‚ego veni in nomine Patris mei‘. Glosa: ut per me Pater glorificetur. ‚et non accepistis me, si alius venerit‘. Glosa: id est Antichristus, qui propriam gloriam querit, non Dei. ‚in nomine suo‘. Glosa: quia dicit se esse Deum, illum accipietis. unde Jo. I: ‚in propria venit‘, id est in mundum, qui suus est, vel in humana natura. ‚et sui eum non receperunt‘. Glosa: perfidi. item Job XXXI: ‚ipse‘, id est Antichristus, ‚ad sepulchra ducetur‘, id est, in pravorum cordibus recipietur. per sepulchrum ibi reprobi designantur, in quibus extincte a beatitudinis vita velud in sepulchris anime latent. ‚et in congerie‘, id est in multitudine vel congregatione, ‚mortuorum‘, id est peccantium, ‚vigilabit‘, id est astucie sue insidias exercebit. quoniam autem multi sunt mali, recte ‚congeries‘ vocantur. item Thes. II: ‚et quia caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent‘, id est Christum, ‚ideo mittet illis Deus‘, id est permittet venire ad eos, ‚operationem erroris‘, id est Antichristum, qui est pater omnis malicie et erroris, ‚ut credant mendacio‘. et quod Antichristus (24[b]) sit Deus, ‚ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati‘, id est Christo, qui vere est Deus, ‚sed consenserunt iniquitati‘, id est Antichristo.

[e] Antichristus erit homo plenus demone. quod in Antichristo sit diabolus, per quem operatur et multa faciet, testatur apostolus Thes. II: ‚cujus est adventus secundum operationem Sathane‘, quia diabolo instigante et cooperante, qui illum possidebit, totum faciet, non tamen sine sensu ut frenetici, qui culpam non habent de malis, quia tunc reputaretur ei quicquid

---

5 2 Thess. 2, 3. 9 2 Thess. 2, 4. 11 Joann. 5, 43. 15 Joann. 1, 11. 17 Job 21, 32. 24 2 Thess. 2, 10 f. 33 2 Thess. 2, 9.

faceret. item Job XL: ,stringet caudam suam quasi cedrum', scilicet Uehemoth, id est diabolus. Glosa: cauda illius antiqui hostis extremitas dicitur, cum illum perditum hominem, id est Antichristum quasi vas proprium ingreditur. et quia modo hominibus seculi, modo signis et prodigiis elevari permittitur, recte cauda illius cedro comparatur. bene autem caudam stringere dicitur Uehemoth, id est diabolus, quia tota ejus virtus in illo dampnato homine congesta densatur, ut tanta per illum mira et fortia faciat, quanta illum collectis viribus instigat. item Dan. VII: ,post hec aspiciebam, et ecce bestia quarta', id est Antichristus, ,terribilis et fortis etc.' Glosa: ne putemus eum secundum opinionem quorundam Babylonium esse vel demonem, sed unum de hominibus, in quo totus Sathanas habitaturus est. de potestate autem diaboli, qui in Antichristo habitabit, dicitur Apok. XVII: ,bestia, quam vidisti etc.' Glosa: id est diabolum, qui bestiales facit, qui ipse Antichristi potestatem recipiet. ,fuit et non est'. Glosa: fuit, scilicet in potestate ante adventum Christi, et non est, quia Christo nato potestatem perdidit. item alia Glosa: ante adventum Christi maximam potestatem habuit diabolus, sed post, licet non penitus amiserit, non modice tamen debilitata est. item Apok. XX: ,et vidi angelum', id est Christum, ,descendentem de celo', id est humiliantem se in carne, ,et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus et Sathanas, et ligavit eum'. Glosa: id est, priori potestate privavit. ,per annos mille', id est a tempore passionis Christi usque ad Antichristum, quo tempore possunt homines perfecti fieri, ,et misit eum in abyssum etc.', ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Glosa: id est, donec Antichristus veniet. ,post hec oportet illum solvi mo(25ª)dico tempore'. Glosa: ut recipiat potestatem, quam habuit ante adventum Christi. sequitur: ,et cum consummati fuerint mille anni', id est, cum consummatum fuerit tempus a passione Christi usque ad Antichristum, quo tempore possunt homines perfecti fieri, ,solvetur Sathanas'. Glosa: id est, recipiet potestatem priorem. ,de carcere suo', id est de cordibus reproborum, in quibus modo ligatus est, ne pro velle suo seviat ,et exeat et

1 Job 40, 12. 10 Daniel 7, 6 f. 15 Apok. 17, 8. 21 Apok. 20, 1 f. 31 Apok. 20, 7 f.

seducat gentes'. tempore, quo Antichristi diabolus seducet Gog et Magog et adducet eos in prelium contra sanctos, sicut habetur Apok. XX: ,et cum consummati fuerint mille anni, solvetur Sathanas de carcere suo'. expone ut supra. ,et exiet et seducet gentes, que sunt super quatuor angulos terre, Gog et Magog'. Glosa: has duas gentes seducet prius et per eas ad alias procedet ,et congregabit eos in prelium contra sanctos. quorum numerus est sicut harena maris', id est innumerabiles, ,et ascendunt super latitudinem terre', et ascendunt ,et circuient terram sanctorum et civitatem dilectam', id est Jerusalem, ,et descendet ignis a Deo de celo et devorabit eos'. Glosa: id est repentinus interitus. ,et diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, ubi bestia et pseudoprophete cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum'. item de hac materia habetur Eze. XXXVIII et XXXIX per totum. dicit ergo Eze. XXXVIII: ,fili hominis, pone faciem tuam contra Gog et Magog etc.' Glosa: qui pugnabunt contra civitatem Dei et ecclesiam. item Glosa alia: Gog et Magog contrarie sunt gentes et inimice sanctorum, que egrediuntur de angulis terre, rectam lineam relinquentes. item alia Glosa: a principe Gog omnes, qui ei subditi sunt, Magog appellantur. item alia Glosa: Judei et quidam ex nobis judaizantes putant Gog et Magog gentes scyticas esse innumerabiles at immanes, qui trans Caucasum montem et Meccedam paludem et prope mare ad Indiam usque tendunt. et has post mille annos esse a diabolo commovendas, ut veniant in terra et pugnent contra sanctos, gentibus multis secum conjunctis. primum Mosog, quos Josephus Cappadoces vocat. Deinde Tubal, quos idem Ybatos et Hyspanos dicit, Hebrei Ysalos suspicantur, habentes secum Persas et Ethyopes et Lybios. Gomor quoque et Togorma, quos Galathas et Frigias dicunt. Sadeos quoque (25[b]) et Dedana et Cartagine. et hoc dicitur esse, quod Jo. in Apok. ait: ,et cum finiti fuerint mille anni, Sathanas exiet, ut seducat gentes etc.' ut supra. sequitur: ,et dices ad eos'. hec dices Dominus Deus ad Gog: ,circumagam te et educam te et omnem exercitum tuum, equos

---

3 Apok. 20, 7 f. 16 Ezech. 38, 2 f. 27 *Mosoch,* Ezech. 38, 27 f. 31 *Saba et Dedan* Ezech. 38, 13. 32 Apok. 20, 7. 35 Ezech. 38, 4: arripientium, *Vulg.*

et equites vestitos loricis universos, multitudinem magnam, hastam et clypeum accipientem et gladium. Persas, Ethyopes et Lybios cum eis, omnes scutati et galeati. Gomor etc.‘ populique multi tecum. ‚O Magog‘. Glosa: subjecti tibi. sequitur: ‚in novissimo anno venies etc. ascendes quasi tempestas et quasi nubes, ut operias terram. tu et omnia agmina tua, etiam populi multi tecum‘. sequitur: ‚in die illa‘. Glosa: id est in novissimis temporibus, ‚ascendent sermones super cor tuum. et dices: ascendam ad terram absque muro, veniam ad quiescentes habitantesque secure‘. sequitur: ‚venies de loco tuo de lateribus Aquilonis. in novissimis diebus etc.‘ Glosa: in tempore evangelice predicationis, ‚et adducam te super terram meam etc.‘ sequitur: ‚ignem et sulphur pluam super eum et super exercitum ejus et super populos multos, qui sunt cum eo, et magnificabor etc.‘ item XXXIX: ‚inmittam ignem in Magog etc.‘ quod autem Antichristus habeat secum reges et principes et populos multos, habetur in multis locis, et primo Dan. XI: ‚veniet in multitudine magna et conteret et interficiet multos‘. item Apok. XIII: ‚et vidi de mari‘, id est de collatione principum, ‚bestiam ascendentem‘, id est Antichristum, ‚habentem capita septem‘, id est principes universos, ‚et cornua decem‘, id est eos, per quos inpugnat decalogum. item Apok. XIII: ‚vidi bestiam‘. Glosa: id est Antichristum, ‚et reges terre‘, Glosa: id est apostolos ejus, ‚etiam exercitus ejus et omnes ei servientes congregatos ad faciendum prelium cum illo, qui sedebat in equo‘, id est Antichristo, ‚et cum exercitu ejus‘. item Psalm.: ‚omnium inimicorum suorum dominabitur.‘ Glosa: dicitur enim omnes reges superaturus, ut solus regnet et sedeat in templo, extollens se supra omne, quod dicitur Deus. item Dan. XIX: ‚et in tempore prefinito preliabitur adversus eum‘, id est Antichristum, ‚rex Austri‘, id est Egypti. ‚postea Lybios et Ethyopes‘. putatur etiam, quod venturus sit in Judeam, et multe ei provincie et urbes dature sint manus. unde sequitur: ‚et introibit (26[a]) in terram gloriosam‘, id est Judeam, ‚et multe corruent‘, scilicet urbes, regiones et provincie. Dan. VII: ‚et

---

5 Ezech. 38, 8 ff. 10 Ezech. 38, 15 ff. 13 Ezech. 38, 22. 15 Ezech. 39, 6. 17 Daniel 11, 44. 19 Apok. 13, 1. 22 Apok. 13, 1. 27 Psalm. 10, 5. 30 Daniel 11, 40 f. 35 Daniel 7, 24.

alius rex consurget post eos'. Glosa: id est Antichristus ,et ipse potentior erit prioribus, et tres reges humiliabit'. Glosa: scilicet Egipti, Libie et Ethyopum. item Dan. XI: ,et concitabitur fortitudo ejus, et cor ejus adversus regem Austri', id est Egipti. Glosa: de Antichristo nullus ambigit, quin pugnaturus sit adversus testamentum sanctuarii, et primum contra Egyptum. unde reges Egypti et urbes primum superabit. item ibidem: ,et faciet, que non fecerunt patres ejus, et patres patrum ejus'. Glosa: nullus enim Judeorum preter eum unquam regnavit in toto orbe. item Apok. XIII: ,data est illi potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem, et adoraverunt eum omnes, qui habitant terram', id est dediti terrenis.

[f] De malitia autem Antichristi habetur in prima Thes. II, ubi dicit Glosa: in Antichristo omnis plenitudo malicie et omnis iniquitas habitabit, quia in ipso erit caput omnium malorum, scilicet diabolus, qui est rex super omnes filios superbie. item Dan. VII dicit Glosa: sicut Christus est caput omnium bonorum, ita Antichristus omnium malorum. Psalm: ,sub lingua ejus labor et dolor', id est, cogitationes erunt de labore sanctorum et dolore corporeo, quia cogitabit, qualiter sanctos occidat et affligat. item Dan. oct.: ,et dirigetur dolus in manu ejus', id est in opere. Gregorius in Glosa: in manu ejus dirigitur dolus, quia nonnulla fraus per opus adjuvatur, quod enim fallendo dicit, hoc mira faciendo asserit. nam quicquid mendax lingua simulat, hoc enim verum esse manus operis ostentat.

[g] De modis autem, quibus decipit Antichristus et pervertet homines, habetur in Gen. XLIX: ,fiat Dan coluber in via'. Glosa: id est Antichristus. illis, qui per viam veritatis incedunt, erit ipse coluber eis blandiendo, promissionibus et fallaciis ad latitudinem deliciarum provocando, et veneno erroris sui inficiendo et consumendo. ,et cerastes in semita'. et eis, qui per angustam viam tendunt ad penitentiam. semita enim angustior est quam via. unde illi in semita ambulant, qui non solum implent precepta, sed et consilia. illis enim erit cerastes, qui dicitur serpens cornutus (26[b]). unde ceraste grece, latine

---

3 Daniel 11, 25. 24. 10 Apok. 13, 17f. 13 2 Thess. 2, 8 ff. 17 Daniel 7, 1 ff. 18 Psalm. 10, 7. 21 Daniel 8, 25. 22 Gregor, Moral. lib. 34, cap. 2 (Migne 76, 718C). 27 Genes. 49, 17.

cornua dicuntur. per quem recte Antichristus intelligitur, qui contra nos multis cornibus armabitur, de quibus omnibus nunc non sufficimus enarrare. sed nunc ad presens tantum de quatuor principalibus aliqua breviter dicam, scilicet de callida suasione et miraculorum operatione et beneficiorum largitione et minarum terrore. habebit enim potestatem a Deo sibi concessum, ut verborum calliditate vel miraculorum multitudine, donorum seu munerum largitione vel minarum terrore impetat sibi concessa, id est, diversis suppliciis faciet interire. item de fallacia et deceptione Antichristi Abac. II: ‚quomodo potantem decipit vinum, sic erit superbus vir‘. Glosa: id est Antichristus. primus modus erit decipiendi per callidam persuasionem seu predicationem. predicabit enim eis legem novam et pravam, contempta lege Christi. unde Psalm.: ‚constitue, Domine, legislatorem super eos‘. Glosa: in ruinam eorum. ‚et sic gentes‘, id est gentiliter viventes, ‚sciant‘, id est cruciati experiantur, ‚quoniam homines sunt‘, id est, quod stulti fuerunt. legem etiam Christi pro posse suo destruet. Dan. XI: ‚et dabunt abhominationem‘, id est Antichristum, ‚in desolationem‘ templi. Glosa: id est Antichristus in templo Dei sedebit quasi Deus, ut legem Dei auferat. Dan. VII: ‚et putabit, quod mutare possit tempora et leges‘. item, non solum destruet legem Christi, sed et servitutem ecclesie interrumpet. Dan. VIII: ‚et ab eo tulit juge sacrificium, et dejecit locum sanctificationis ejus‘. Gregorius: juge sacrificium tollet, quia studium conversationis ecclesie in eis, quos ceperit, interrumpet. ibidem: ‚prosternetur veritas in terra‘. Gregorius: veritas in terra prosternitur, quia tunc fides rerum celestium ad desiderium vite temporalis inclinabitur. item Dan. XII: ‚et a tempore, cum ablatum fuerit juge sacrificium‘, Glosa: id est, dum Antichristus ecclesiam Dei possidens Dei cultum interdicet; ‚et cum posita fuerit abhominatio‘, id est cultus Antichristi, ‚in desolationem‘ legis Dei, scilicet et sanctorum, cum se colendum persuaserit etc. secundus modus decipiendi erit per miraculorum multitudinem. Thes. II: ‚cujus adventus secundum operationem Sathane in omni virtute signis

---

10 Habak. 2, 5. 14 Psalm. 9, 21. 18 Daniel 11, 31. 21 Daniel 7, 25. 23 Daniel 8, 11f. 24 Gregor, Moral. lib. 32, cap. 15 (Migne 76, 651 C). 29 Daniel 12, 11. 34 2 Thess. 2, 9f.

et prodigiis mendacibus'. Glosa: in omni virtute humane potestatis et divitiarum et signis minoribus et prodigiis majoribus, sed mendacibus (27[a]) per magicam artem, non veram, faciet illa. vel mendacia dicuntur, quia mendacium confirmant, scilicet illum esse Deum ,et in omni seductione iniquitatis hiis, qui pereunt'. Glosa: quia minis et blandiciis et omnibus aliis modis seducet eos, qui perditioni dediti sunt. item Apok. XIII: ,et fecit signa magna', scilicet Antichristus, ,ut etiam ignem faceret de celo descendere in terram in conspectu hominum'. Glosa: id est, malignum spiritum super eos faceret descendere, ut loquantur variis linguis. tercius modus decipiendi erit per donorum seu munerum largitionem. Dan. XI: ,auro et argento et lapide precioso' habundabit, scilicet Antichristus. ibidem: ,et dominabitur thesaurorum auri et argenti et in omnibus preciosis Egypti'. ibidem: ,et dabit eis', id est suis, ,potestatem in multis', scilicet super bonos, ,et terram dividet gratuito', scilicet satellitibus suis. Glosa: Antichristus deceptis multa donabit et terram exercitui suo dividet. quos enim suo terrore subjugare non poterit, avaritia subjugabit. Psalm.: ,sedet in insidiis cum divitibus in occultis', scilicet Antichristus cum divitibus hujus seculi, ,quos ditabit et muneribus cumulabit', quorum falsam felicitatem ad alios decipiendos ostentabit. et hoc dico: ,positis in occultis', id est in ambiguis, ut non facile intelligatur, quid appetendum, quid non, ut interficiat innocentem. quartus modus decipiendi erit per tormentorum seu suppliciorum varietatem. quos enim predictis modis pervertere non poterit, illos diversis suppliciis faciet interire. Dan. XI: ,veniet in multitudine magna, et conteret et interficiet plurimos'. Dan. VIII: ,et supra quam credi potest, universa vastabit', scilicet Antichristus, ,et prosperabitur et faciet et interficiet robustos et populum sanctorum secundum voluntatem suam'. Gregorius in Glosa: robustos quosque interficiet, cum eos, qui mente mundi sunt, corporaliter vincit, vel terre robustos et populum sanctorum pro voluntate sua interficiet, cum eos, qui robusti et sancti credebantur, ad nutum sue voluntatis trahet. ibidem: et in conspectu omnium occidet plurimos. quod infiniti tunc per-

---

7 Apok. 13, 13. 12 Daniel 11, 38 ff. 19 Psalm. 10, 8.
28 Daniel 8, 24 f. 31 Gregor bei Migne 76, 651 f.

vertentur, habetur Job XXI: ,post se omnem hominem trahet, et ante se innumerabiles'. Glosa: homo humana sapientia hic intelligitur. Gregorius in Glosa: post se omnem hominem trahet, quia (27[b]) cunctos, quos carnales invenerit, sub jugo sue jurisdictionis rapiet. quia tunc, priusquam appareat, innumerabiles trahit, etsi non omnes, quia modo multi ad carnalia retrahuntur. Apok. XII: ,et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum celi et misit eas in terram'. Gregorius: cauda draconis illa antiqui hostis extremitas dicitur, cum illum perditum hominem, id est Antichristum, quasi vas proprium ingreditur. ,trahebat', Glosa: de fide ad infidelitatem terciam partem etc. Gregorius: draconis cauda stellas in terram dejecit, quia illa Sathane extremitas, per audaciam assumptam erecta, quosdam, quos velud electos in ecclesia Dei invenit, obtinendo reprobos ostendit. stellas itaque de celo cadere est: relicta spe celestium illo duce ad ambitum secularis glorie inhiare. causa autem, quare permittit illos Deus decipi, est, quia non crediderunt veritati, ut Thes. II dicit: ,et quia caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet eis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati'. Glosa: ,mittet illis Deus', id est, permittet venire ,operationem erroris', id est Antichristum, qui est pater omnis malitie et erroris, ,ut credant mendacio', id est, quod Antichristus sit Deus, ,ut judicentur omnes' aperte, ,qui non crediderunt veritati, id est Christo, qui est vere Deus, ,sed consenserunt iniquitati', id est Antichristo. quod autem per magicas artes faciat Antichristus ea, que faciet, habetur Thes. II: ,cujus est adventus secundum operationem Sathane', id est, ,signis et prodigiis mendacibus'. Glosa: benedicit ,mendacibus', quia per magicam artem, non veram, faciet illa et per fantasiam deludet homines, sicut Simon magus. Psalm: ,dixit enim in corde suo', id est apud se, ,non movebor a generatione in generationem', id est, fama mea non transibit de hac in presenti generatione ad posteros, ,sine malo', id est sine malis artibus. vel ita: ego movebor a generatione

---

1 Job 21, 33. 3 Migne 75, 1121. 7 Apok. 12, 4. 8. 12 Migne 76, 651 AB. 18 2 Thess. 2, 10 ff. 28 2 Thess. 2, 9. 32 Psalm. 10, 6.

mortali, sed non sine malo, id est sine malis artibus. putabit enim se Antichristus malis artibus et non aliter venturum cum corpore de mortali generatione in eternam, de terra in celum. quod et Simon Magus putavit, cum secularibus artibus celum se arbitratus est adepturum, et de humana generatione (28[a]) mortali ad divinam magicis artibus transiturum. maxime autem persequetur sanctos et justos. unde Dan. VII: ‚aspiciebam, et ecce cornu illud Antichristus faciebat bellum adversus sanctos‘, id est, qui videbantur sancti, ‚et prevalebat eis‘. ibidem: ‚sermones contra excelsos loquetur et sanctos Altissimi conteret‘. item Apok. XIX: ‚et vidi bestiam‘, Glosa: id est Antichristum; ‚et reges terre‘, id est apostolos ejus, ‚et exercitus eorum‘, id est omnes ei servientes, ‚ad faciendum prelium cum eo, qui sedebat in equo‘, id est Christo, ‚et cum exercitu ejus‘, id est sanctis. item Apok. XIII: ‚et datum est ei‘, id est Antichristo, ‚bellum facere cum sanctis et vincere illos‘, scilicet corporaliter. item Psalm.: ‚oculi in pauperem ejus‘, id est Antichristi, ‚respiciunt‘, crudeliter in pauperes spiritu, quia justos et pauperes spiritu, quorum est regnum celorum, maxime persequetur. item ibidem: ‚in laqueo suo humiliabit eum‘. Glosa: id est justum vel pauperem spiritu, quia quanto mirabiliora signa faciet, tanto ei sancti contrarii magis contempnentur et pro nichilo habebuntur.

[h] De luxuria et immunditia vite Antichristi habetur Dan. XI: ‚et erit in concupiscentiis feminarum etc.‘ licet in aperto, simulet per ypocrisin castitatem. unde Glosa: castitatem simulabit ideo, ut facilius decipere possit, utrum autem corpore an mente luxuriosus sit, conjiciat, qui potest. ex hac Glosa Dan. qui dicit: Antichristus castitatem simulabit, ut facilius decipere possit; et in Historiis ibidem dicitur super illud: et erit in concupiscentiis feminarum, hoc de Antiocho tantum intelligendum est. nam Antichristus castus erit ob simulationem religionis. sive autem uno modo sive alio intelligantur hec verba Dan., constat, quod Antichristus luxuriosus erit corpore vel mente. utrum vero utroque modo conjiciat, qui potest. item Psalm.:

7 Daniel 7, 21. 9 Daniel 7, 25. 11 Apok. 19, 19. 15 Apok. 13, 7. 17 Psalm. 10, 9 f. 25 Daniel 11, 37. 30 Petrus Comestor, Historia scholastica, Liber Danielis cap. XII, bei Migne 198, 1465 f. 35 Psalm. 10, 5.

‚non est Deus in conspectu ejus'. Glosa: id est Antichristi, et ideo ‚vie', id est cogitationes et consilia et opera, ‚inquinate sunt', id est sordent, ‚in omni tempore' vite sue, vel in omni tempore, id est ad comparationem omnium, qui fuerint in alio tempore.

[i] De superbia vero et presumptione Antichristi dicitur Dan. IX: ‚et faciet rex juxta voluntatem suam', id est Antichristus, ‚elevabitur', scilicet in superbia, ‚et magnificabitur adversus omnium Deum, et adversus Deum deorum loquetur magnifica, et Deum (28b) patrum suorum non reputabit, nec quemquam deorum curabit'. Glosa: elatus super omne, quod dicitur Deus, quia adversus universa consurget, id est Deum et homines. ‚Deum autem suum Maozim in loco suo venerabitur'. Glosa: id est diabolum in loco suo, id est in se ipso vel in membris, quia in ipso venerabuntur diabolum. item Dan. XIII: ‚cor suum magnificabit et contra principem principum consurget', id est Deum. Glosa: in superbia magnus in oculis suis. item Thes. II: ‚nisi revelatus fuerit homo etc. qui adversatur et extollitur supra omne, quod dicitur Deus aut quod colitur Deus'. Glosa: qui adversatur Christo et membris ejus, unde et Antichristus dicitur et extollitur, id est, effert se supra omne, quod dicitur Deus, ut dii gentium, aut quod colitur ut Deus, Trinitas, ita ut sedeat in templo Dei, scilicet in ecclesia, tamquam sit Deus, vel a Romanis destructo, quod Judei tunc reedificabunt. unde tanta erit ejus presumptio, quod faciet se Deum. Jo. V: ‚si alius venerit in nomine suo, illum recipietis'. Glosa: id est Antichristum, qui propriam querens gloriam dicet se esse Deum, sed in veritate erit homo purus. unde Psalm.: ‚exurge, Domine'. Glosa: id est ad judicandum. ‚et non confortetur', id est, non prevaleat homo, id est Antichristus, qui erit homo purus, non Deus, sicut finget. et Thes. II: ‚nisi revelatus fuerit homo peccati', Glosa: id est Antichristus, homo, non Deus, peccati, scilicet servus. Item dicit se esse Messiam seu Christum in lege promissum. unde Thes. II. dicit Glosa: nascetur autem Antichristus in Babylone de tribu Dan et, cum venerit Jerosolimam, circumcidens se dicit Judeis: ego sum

---

7 Daniel 11, 36 ff. 16 Daniel 8, 25. 18 2 Thess. 2, 3 f. 26 Joann. 5, 43. 28 Psalm. 9, 20. 34 2 Thess. 2, 3.

Christus vobis missus. tunc confluent ad eum omnes Judei et reedificabunt templum a Romanis destructum, sedebitque ibi, dicens se esse Deum. item de presumptione ejus Dan. VII: ‚et putabit, quod possit mutare tempora et leges‘. Glosa: in tantam elatus superbiam, ut leges et cerimonias mutare conetur. tempora, id est temporalia, vel ordinet cursum temporum. ad presumptionem etiam ejus pertinet, quod non putabit se a Deo puniendum. unde Psalm.: ‚auferuntur judicia tua a facie ejus‘, id est, putat, quod Deus non judicet; quia enim differtur judicium, non putat se puniendum. ibidem: ‚dixit enim in corde suo: oblitus est Deus‘, scilicet mei, ad puniendum. ‚avertit faciem (29[a]) suam, ne videat in finem‘, id est usque ad finem, id est in diem judicii. sequitur: ‚propter quid irritabit impius Deum? dixit enim in corde suo: non est Deus‘, non credens Deum punitorem; ‚non requiret‘ Deus, que facio, sed o tu Deus vides, qualiter tradas eos, scilicet Antichristum et complices, scilicet in manus tuas, id est in vindictas tuas. quare? ‚quoniam laborem et dolorem consideras‘, que infert sanctis. ibidem: ‚judicare pupillo et humili‘, scilicet pro eis proferendo sententiam contra Antichristum, ‚ut homo‘, scilicet superbus ille Antichristus, qui est homo purus, non Deus, ‚non apponat ultra‘, ut fecit in terra, ‚magnificare se super terram‘, id est, se magnum facere, sicut fecit. De blasphemia Antichristi habetur Apok. XIII: ‚et datum est ei os loquens magna et blasphemiam‘. Dan. VIII: ‚sermones contra Excelsum loquetur‘, scilicet blasphemie et superbie. et Glosa: sermones quasi Deus loquetur et qui Dei assumit potentiam. verba quoque dominice majestatis assumet. et Dan. XI: ‚et adversus Deum deorum loquetur magnifica‘. Glosa: id est blasphemias, ‚et Deum patrum suorum non reputabit‘. item Apok. XIII: ‚aperuit os suum‘, scilicet Antichristus, ‚in blasphemias ad Deum‘, negando Deum esse, ‚et blasphemare nomen ejus et tabernaculum etc.‘ item Psalm.: ‚cujus maledictione os plenum est‘, id est blasphemiis et contumeliis, ‚et amaritudine‘, id est amaris verbis et minis, ‚et dolo‘, id est verbis dolosis et blandis. item ibidem: ‚exacerbavit Deum peccato‘, id est Antichristus Dominum et verum Deum. ‚exacerbavit‘, irri-

3 Daniel 7, 25. 8 Psalm. 10, 5. 11. 13 Psalm. 10, 13 f. 18. 23 Apok. 13, 5. 24 Daniel 7, 25. 28 Daniel 11, 36. 30 Apok. 13, 6. 32 Psalm. 10, 7. 35 Psalm. 10, 4.

tavit vel in iram provocavit, ut ab eo puniatur; ‚secundum multitudinem ire sue non queret‘, id est non adtendet peccatum ejus, ut hic ulciscatur, in futuro gravius puniturus, et hoc secundum multitudinem ire sue, id est Dei. Glosa Augustinus: magna ira Dei est, quando peccatorem non corripit, sed vagam licenciam ruendi in peccatum dimittit. item Dan. VII: ‚os loquens ingentia‘. Glosa: os ingentia loquitur, quia in illo humana quidem forma cernitur, sed verbis ultra homines elevatur. ad majorem autem contumeliam faciet Antichristus ymaginem suam adorari et omnes homines suo caractere signari. unde Apok. XIII: ‚et datum est illi‘, Glosa: scilicet dyabolo, permissione Dei, ‚ut daret spiritum ymagini bestie‘ (29^b). Glosa: quia magica arte faciet statuam loqui et futura predicere, et faciet per principes suos, ut, ‚quicunque non adoraverit ymaginem bestie‘, id est Antichristi, ‚occidatur‘ morte corporis, ‚et faciet omnes, pusillos et magnos, divites et pauperes, liberos et servos, habere caracterem in manu dextera aut in frontibus suis‘. Glosa: in manu et in fronte ponuntur signa Antichristi, ut omnes Deum suum confiteantur verbo et opere, et ne quis possit vendere vel emere ad litteram, nisi habeat caracterem aut nomen bestie aut numerum nominis ejus. ex predictis patet, qualis erit Antichristus. erit enim luxuriosus, Dan. IX: ‚et erit in concupiscentiis feminarum‘. item erit superbus et elatus, Dan. XI: ‚elevabitur in superbiam et magnificabitur etc.‘ Thes. II: ‚qui extollitur etc.‘ item blasphemus, Apok. XIII: ‚aperuit os suum in blasphemias contra Deum‘. item inpudens sive inverecundus, Dan. VIII: ‚cum venerint iniquitates, consurget rex inpudens facie‘. Glosa: id est Antichristus. item dolosus erit et maliciosus, Dan. VII: ‚dirigetur dolus in manus ejus‘. item iniquus, Thes. II: ‚tunc revelabitur ille iniquus‘. item homo peccati et perditionis filius habetur ibidem. item impius, id est pietate carens. Psalm.: ‚propter quid irritavit impius Deum‘, id est Antichristus. item peccator et malignus, Psalm.: ‚exacerbavit Dominum peccator‘. ibidem: ‚contere brachium peccatoris et maligni‘, id est Antichristi. De Helie autem et Enoch predicatione, et quantum

---

4 zu Psalm. 10, 4 bei Migne 36, 126. 6 Daniel 7, 8. 10 Apok. 13, 15 f. 22 Daniel 11, 37. 23 Daniel 11, 36. 24 2 Thess. 2, 4. 25 Apok. 13, 6. 26 Daniel 8, 23: -creverint *Vulg.* 28 Daniel 11, 36. 29 2 Thess. 2, 8. 31 ff. Psalm. 10, 13. 4. 15.

Antichristi duret tribulatio, de simulata morte Antichristi et de presumptuosa ejus ascensione, de magnis miraculis ejus, de morte et ejus dampnatione, et quomodo sui sequaces se tunc habeant, et de spatio temporis post ejus interitum usque ad judicium, quere infra Sermone XI: Ascendente Jhesu in naviculam.

(39[a]). Sermo XI.

Ascendente Jhesu in naviculam secuti sunt eum discipuli ejus. et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus etc. Luc. Hec navicula sancte Ecclesie, quam Christus ascendit [a], cum factus est homo, multos et graves pertulit impetus fluctuum maris, id est tribulationum seculi, scilicet primo a Judeis, postmodum a gentilibus imperatoribus, postmodum ab hereticis, sed adhuc nimiis operietur omnino fluctibus, quando temporibus Antichristi omnes marini fluctus simul contra sanctam Ecclesiam inundaverint, quos tamen per caritatem omnes vincet. unde tota epistola est de caritate, que omnia vincit et que est fortis ut mors, quia per Dei gratiam aliquantulum quiescimus, sed in brevi illos gravissimos fluctus Ecclesie supervenire formidamus, immo ut sollicite nos premuniamus, aliqua de Antichristo et ejus gravissima persecutione dicere proponimus. sed si scire cupis, quando veniat Antichristus et unde et de ejus precursoribus et de multis aliis, require in septimo sermone per totum.

[b] Sciendum, quod tempore Antichristi venturi sunt Helias et Enoch et convertent Judeos ad fidem Christi. unde Mat. ultimo: ‚ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis, et convertet corda patrum ad filios‘. Glosa: ad instructionem posterorum de fide Salvatoris, in quem et ipsi crediderunt. ‚et cor filiorum ad patres eorum‘. Glosa: quia suscipient fidem, quam illi habuerunt. unde et Judei et Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum religione consentient. sequitur statim: ‚ne forte veniam‘, scilicet judicare, ‚et percutiam terram‘, id est eos, qui faciunt terrena, ‚anathemate‘. item: ‚vel separandas oves ab

---

8 ff. Matth. 8, 23 f. 17 die Epistel für Domin. 4 post Epiph. ist Rom. 13, 8—10. 18 Cant. 8, 6. 26 gemeint ist Malach. 4, 5 f.

hedis‘. Glosa: id est, Judei dicunt, ante suum Christum Heliam esse venturum et omnia restauraturum. unde Mat. XVII: ‚interrogaverunt Jhesum discipuli ejus dicentes: quid igitur scribe dicunt, cum te in gloria videbimus, quod Helyam oportet primum venire?‘ Glosa: ante adventum tuum. ‚at ille respondens ait illis: Helias quidem venturus est‘. Glosa: precursor judicis ‚et restituet omnia‘. item Mat. IX: ‚Helias, cum venerit (39[b]) ipse restituet omnia‘. Glosa: id est, convertet corda patrum ad filios et e contrario. restituet etiam morti, quod diu vivendo sustulit. restituet igitur omnia: primum corda hominum illius temporis ad credendum in Christum et resistendum Antichristo. deinde ponet animam pro Christo. de predicatione autem Helie et Enoch, id est, quamdiu predicabunt, et de eorum sancta conversatione loquitur sanctus Johannes in Apok. XI: ‚et dabo duobus testibus meis‘, scilicet Helie et Enoch, ‚et prophetabunt‘, id est praedicabunt, ‚mille diebus CC LXX‘. Glosa: id est, tribus annis et dimidio, id est, sicut ipse predicavit, ‚amicti saccis‘. Glosa: id est predicantes penitentiam et exemplo ostendentes. ‚hii sunt due olive‘, id est Spiritu sancto uncti, ‚et duo candelabra in conspectu Dei celi et terre stantes‘, Glosa: id est: dantes lumen aliis. sequitur ibidem: ‚et cum finierint testimonium suum‘, Glosa: quod erit tantum per tres annos et dimidium, ‚bestia‘, id est Antichristus, ‚que ascendet de abysso‘, id est, per tenebras ad regnum, ‚faciet adversus illum bellum‘, Glosa: disputationibus, ‚et vincet illos et occidet illos‘ corporaliter, ‚et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magne‘, Glosa: in Jherusalem olim magne in virtutibus, ‚ubi et Dominus eorum‘, id est Christus eorum, id est Helie et Enoch, ‚crucifixus est‘ spiritualiter, scilicet contradicendo veritati. ‚jacebunt in plateis‘, Glosa: ut quicunque viderint, timeant eis conformari, ‚et videbunt de populis et tribubus et gentibus et linguis corpora eorum per tres dies et dimidiam‘. videbunt quidam oculis, quidam fama, ‚et corpora eorum non sinentur poni in monumentis‘, Glosa: ne memoria eorum habeatur, ‚et inhabitantes terram gaudebunt super illos et jocundabuntur et munera mittent invicem‘, Glosa: justorum afflictio impiorum est

2 nach Matth. 25, 32 f. (segregat *Vulg.*). 2 Matth. 17, 10 f. 7 Mark. 9, 11. 14 Apok. 11, 3: — ducentis sexaginta, *Vulg.* 19 Apok. 11, 4. 21 ff. Apok. 11, 7 ff.

exultatio, quoniam hii duo prophete cruciaverunt eos, qui habitant super terram contradicendo iniquitati. sequitur ibidem, scilicet Apok. XI: ,et post annos tres et dimidium', scilicet post mortem Antichristi, ,Spiritus vite a Deo intravit ad eos', Glosa: id est animas eternaliter vivificans, ,et steterunt super pedes suos', Glosa: jam immortales et impassibiles, ,et timor magnus', Glosa: ut pondus opprimens, ,cecidit super eos, qui viderunt illos' ita glorificatos, ,et audierunt vocem magnam', id est magne potestatis, ,de celo dicentem illis: ascendite huc', id est ad consortium sanctorum, (40[a]) ,et ascenderunt in celum in nube', Glosa: que illos refrigeret, et inimicos terreat, ,et viderunt illos inimici eorum'. si hec predicta contingant ad litteram vel tantum mistice, dubium est, ut dicit Hugo. ,et in illa hora', id est in illo tempore, cum Helias et Enoch occisi sunt, ,factus est terremotus magnus', id est, terreni moti sunt, ut puniantur in inferno, ,et decima pars civitatis cecidit', Glosa: id est, homo, qui ad hoc constitutus videtur, ut decimus ordo restauraretur, qui cecidit impetu de ecclesia.

[c] Certissime sciendum, quod tempore Antichristi maxima tribulatio erit in ecclesia, sicut ipsa Veritas testatur, Mat. XXXIIII: ,erit enim tunc tribulatio magna, qualis numquam fuit ab initio mundi usque tunc, neque fiet'. Glosa: hoc tempore Antichristi, quoniam crebriora et acerbiora tormenta inferentur fidelibus. unde Dan. XI: ,et veniet tempus, scilicet tribulationis, quale non fuit ab eo, ex quo generatio hec cepit, usque ad tempus illud', Glosa: id est Antichristi. item Mat. XXIIII: consurgent enim pseudochristi et pseudoprophete et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi'. Gregorius: pensemus ergo, que erit illa humane mentis temptatio, quando pius martyr et corpus in tormentis subicit, et tamen tortor ante ejus oculos signa facit. tunc enim fideles viri mira non faciunt, cum perversa patiuntur. tunc Vehemoth et ejus satellites, cum perversa inferunt, mira facturi sunt. ,si

---

3 ff. Apok. 11, 11 ff.: — dies tres *Vulg.* 13 nicht wörtlich, aber dem Sinne nach, in Hugo von St. Victors Quaestiones in Epistolam secundam ad Thessalonicenses bei Migne 175, 589 ff., welche Schrift Berthold in diesen beiden Sermonen vom Antichrist exzerpiert hat. 20 Matth. 24, 21. 24 Daniel 12, 1. 26 Matth. 24, 24. 29 Gregor, Moralia lib. 32, cap. 15, bei Migne 76, 650 BC.

fieri potest‘, Glosa: id est, si aliquo modo fieri posset, ut Dei prefinitio mutaretur. ‚et electi‘, Glosa: non quod divina electio frustraretur, sed quod humano judicio timerent electi. Mat. XXIIII: ‚et multi pseudoprophete surgent et seducent multos‘. Glosa: hoc tempore Antichristi plene est futurum. hec autem tribulatio partim erit violenta, partim fraudulenta. unde Psalm. IX: ‚insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua‘, quia in eo vis et dolus operatur: vis in imperiis, dolus in miraculis. hec est tertia tribulatio, composita ex vi et fraude. due enim sunt ante persecutionem Antichristi: prior fuit violenta, cum martyres tormentis et cedibus cogebantur, ut sacrificarent idolis; altera fraudulenta, que nunc fit per hereticos et falsos fratres. illa enim erit violenta et fraudulenta. vis enim per leonem, dolus (40[b]) per speluncam intelligitur, que duo in Antichristo erunt. unde Gregorius super illud verbum: ‚recte ut leo insidiatur‘, insidians per miraculorum speciem. leo per fortitudinem secularem, quia Antichristus hostis in cunctis suis viribus sevire per utramque permittitur, ut contra electos in certamine et fraude et virtute laxetur: virtute per potentiam, fraude per signa. de brevitate autem tribulationis sequitur in Mat. XXIIII: ‚et nisi breviati fuerint dies illi, non fieret salva omnis caro; sed propter electos breviabuntur dies illi‘. Glosa: erunt enim hec mala tribus annis et dimidio tantum. item Glosa super Mat.: hec tribulatio quanto ceteris gravior, tanto brevitate moderatior. tribus annis scilicet et dimidio, sicut ex Daniele et Apokalipsi conjici potest. ‚breviati dies‘. Glosa super Mat.: non mensura, sed numero, ne mora temporum fides excutiatur credentium. item super hoc dicit Gregorius: quia enim et superbos et infirmos nos respicit Deus, dies, quos singulariter malos intulit, misericorditer breviatos dicit, et profecto, ut superbos terreat de adversitate temporis et infirmitatem foveat de brevitate. quod autem tribulatio hec non durabit nisi per tres annos et dimidium, probatur multipliciter. primo per illud Dan. VII: ‚Tradentur‘, Glosa: sancti a Deo ‚in manu‘ et potestate ‚ejus‘, id est Antichristi, ‚usque ad tempus‘, id est annum ‚et tempora‘,

3 Matth. 24, 11. 6 Psalm. 10, 9. 15 Gregor bei Migne 76 737 AB; vgl. 75, 701 BC. 20 Matth. 24, 22. 28 Gregor bei Migne 76, 649 D. 650 A. 33 Daniel 7, 25.

id est annos duos, ,et dimidium temporis', id est sex menses. item Dan. XII: ,et juravit', scilicet angelus, ,per viventem in eternum, quia in tempus' unius anni ,et tempora' duorum annorum ,et dimidium temporis', id est dimidii anni spatio. hec dicitur futura desolatio sub Antichristo, id est, post tres annos et semis, id est M. CC. LXX dies. unde sequitur in textu: ,et a tempore, cum ablatum fuerit juge sacrificium', Glosa: id est, cum Antichristus orbem possidens Dei cultum interdicet, usque ad mortem ejus', et posita fuerit abhominatio', id est, cultus Antichristi, ,in desolationem', id est legis Dei et sanctorum, cum se scilicet colendum persuaserit, dies M. CC. LXX erunt, id est tres anni et semis. item alia Glosa: patet istos tres annos et semis de Antichristo dici. de quibus tribus annis et semis, id est M. CC. LXX diebus, sanctos persequetur, postea corruet in monte sancto. item Apok. XI: ,et civitatem sanctam', Glosa: id est ecclesiam, ,calcabunt', id est persequentur Antichristus et sui, ,mensibus XL duobus', Glosa: id est tribus annis et dimidio, quibus regnabit Antichristus. item Apok. XIII: ,et data est illi potestas', id est Antichristo, ,facere', id est operari (41[a]) ,menses XLII'. item Mat. XXIIII. XIII: ,statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stelle cadent de celo', id est, lumine carebunt. Glosa: luna et stelle ad tempus suo lumine privabuntur, ut vicinum Domini indicent adventum, sed peracta die judicii et mundo innovato majus lumen recipient, ut fiat illud prophete: ,erit lux lune sicut lux solis, septempliciter sicut lux septem dierum'. Ysa. XIII. item Glosa super Mat.: sidera videbuntur in judicio obscura, non lucis sue diminutione, sed superveniente veri luminis claritate summi judicis, et angeli in tenebras reputabuntur, quamvis nichil prohibeat intelligi, vere tunc solem et lunam cum aliis sideribus ad tempus suo lumine privari, sicut sol in passione Domini et luna, cum esset plena, sub terra latebat. unde adhuc inperfectum est illud Johel II: ,sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus'. et Ysa. XXXIIII: ,erubescet

---

2 Daniel 12, 7. 6 Daniel 12, 11. 11 Daniel 12, 11: — nonaginta *Vulg.* 15 Apok. 11, 2. 18 Apok. 13, 5. 20 Matth. 24, 29. — Mark. 13, 24. 25 Isai. 30, 26. 33 Joël 2, 31. 35 Isai. 24, 23.

luna et confundetur sol‘, sed peracta die judicii, cum fuerit celum novum et terra nova, tunc fiet illud Ysa. XXX: ‚erit lux lune sicut lux solis etc.‘

[d] De ascensu autem Antichristi in montem Oliveti habetur Dan. XI: ‚et veniet in multitudine magna‘, id est Antichristus, ‚et figet tabernaculum‘, scilicet thronum solii sui, ‚super montem inclitum et sanctum‘, scilicet super montem Oliveti, qui inclitus dicitur, quia ex eo Christus ascendit ad Patrem, ‚et veniet ad summitatem ejus‘, id est verticem montis Oliveti, ‚et nemo auxiliabitur ei etc.‘ de ficta vero et simulatoria morte Antichristi et suscitatione habetur Apok. XIII: ‚et vidi unum de capitibus suis‘, id est Antichristum, ‚quasi occisum‘, id est, fingentem se tamquam mortuum, et post triduum latens primo apparebit, dicens se suscitatum. item discipuli sive apostoli sui predicabunt ejus resurrectionem. unde super illud Apok. XIII: ‚et fecit signa etc.‘ dicit Glosa: apostoli Antichristi dabunt spiritum malignum, et hii simulata resurrectione Antichristi predicationis sue facient fundamentum, sicut et discipuli Christi fecerunt, ‚et dabit eis‘, id est suis, ‚potestatem in multis‘, scilicet super homines, ‚et terram dividet gratuito‘, scilicet satellitibus suis. de presumptuosa Antichristi ascensione dicitur Apok. XIII: ‚et plaga mortis ejus curata est‘, Glosa: arte magica ascendit Antichristus in aera, ferentibus eum demoniis, et sic curabitur plaga mortis ejus, qui prius mortuus credebatur (41[b]), post juvenis reputabitur. item Psalm.: ‚dixit enim in corde suo‘, scilicet Antichristus, ‚non movebor a generatione in generationem sine malo‘, id est sine malis artibus. Glosa: putabit enim Antichristus, se malis artibus et non aliter venturum cum corpore de mortali generatione in eternam, de terra in celum, quod et Simon Magus cum sceleratis artibus celum credidit se adepturum. et de humana generatione in divinam artibus magicis transiturum. missurus est Antichristus malignum spiritum in discipulos suos in specie ignis. unde Apok. XIII: ‚et fecit signa mala, ut ignem faceret descendere de celo in terram in conspectu hominum‘, id est, malignum spiritum faciet

---

2 Isai. 30, 26. 5 Daniel 11, 44f. 11 Apok. 13, 3. 15 Apok. 13, 13. 19 Daniel 11, 39. 22 Apok. 13, 12. 25 Psalm. 10, 6. 33 Apok. 13, 13.

descendere super suos, ut loquantur variis linguis. item alia Glosa: ut apostolis Christi datus est Spiritus sanctus in specie ipsis, et apostolis Antichristi sic. et ita dabunt in specie ignis spiritum malignum, et hii simulata resurrectione Antichristi predicationis sue fundamentum facient, sicut apostoli fecerunt. hiis autem miraculis visis mirabitur populus et adorabunt Antichristum. unde Apok. XIII: ,et admirata est universa terra post bestiam', id est Antichristum, ,et adoraverunt draconem', id est diabolum, ,qui dedit potestatem bestie', Glosa: resurgendi, ut videbatur, ,et adoraverunt bestiam', id est Antichristum, dicentes: ,quis similis bestie et quis pugnabit cum ea?'

[e] Sequitur de dampnatione et punitione Antichristi et suorum et a quo puniantur. de hoc habetur Job XVI: ,in diem perditionis servatur malus', id est Antichristus, ,et ad diem furoris ducetur'. quis arguet coram eo vias ejus, et que fecit, quis reddet ei?' Glosa: Dominus Jhesus Christus, ,qui eum interficiet spiritu oris sui', sicut habetur Thes. II. item Psalm.: ,propter quid irritabit impius Deum', id est Antichristus. ,dixit enim in corde suo', non credens Deum punitorem: ,non requiret' Deus, que facio, sed ,quoniam dolorem et laborem consideras', quem fert sanctis, ideo vides, qualiter ,tradas eos', id est Antichristum et complices suos, ,in manus tuas', id est vindictas tuas. item ibidem: ,inclinabit se et cadet' repentino interitu, scilicet, ,cum dominatus fuerit pauperem', Glosa: id est, cum sanctis supplicia intulerit. a quo et quomodo et ubi occidetur Antichristus, dicitur Thes. II: ,et tunc revelabitur', id est, manifestabitur, ,ille iniquus', id est Antichristus, qui nec modo nec tunc est timendus, quia Dominus justus ,interficiet eum spiritu oris sui', id est virtute spiritus sui, qui dicitur spiritus oris, quia ab ipso procedit, vel spiritu oris ejus, id est precepto et virtute, scilicet potentia visionis sue. per se occidet eum, sive per Michahelem. sequitur autem in Glosa: occidetur autem, ut doctores tradunt, in monte Oliveti (42[a]), non in Babylone, et solio suo, in loco, contra quem Dominus ascendit in celum. item Dan. VIII: ,sine manu conteretur', Glosa: sine manu conteretur, quia non angelorum bello, non sanctorum

---

7 Apok. 13, 3f. 13 Job 21, 30f. 17 2 Thess. 2, 8. 18 Psalm. 10, 13f. 23 Psalm. 10, 10. 26 2 Thess. 2, 8. 35 Daniel 8, 25.

certamine, sed per adventum judicis solo oris spiritu et eterna morte ferietur. item Psalm.: ,inclinabit se et cadet'. Glosa: repentino interitu etc. de malorum admiratione autem post mortem Antichristi habetur Apok. XVII: ,bestia, quam vidisti', id est Antichristus, ,ascensura est etc. et in interitum ibit et mirabuntur inhabitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vite, videntes bestiam, que erat et non est'. Glosa: cum viderint mali potestatem suam ita adnichilatam, dolebunt non quasi penitentes, quia mortuo Antichristo amplius non habebunt temptandi locum.

[f] De spatio temporis post mortem Antichristi habetur Thes. II super illud: ,quem Dominus Jhesus interficiet spiritu oris sui etc.' dicit Glosa: quod illo interfecto, id est Antichristo, non statim veniet Christus ad judicium, sed, ut ex libro Dan. intelligitur, conceduntur electis ad penitentiam XL dies. quando autem Dominus post venturus sit, penitus ignoratur. item alia Glosa: interfecto Antichristo super prefatum numerum dies XLV erunt, post quos Dominus in majestate venturus est. quare autem post mortem Antichristi XLV dierum silentium sit, Dei scientie est, sed forte probatio regni dilatio sanctorum patientie est. item de persecutione temporis Antichristi Psalm.: ,quoniam ecce inimici tui', id est Antichristi membra, ,sonuerunt', scilicet contradicendo veritati. Glosa: novissima tempora Antichristi designat. quoniam hii, qui modo puniuntur metu, in liberam vocem erumpent, que vox, quia irrationabilis erit, unde magis sonitus quam locutio dicitur. sequitur: ,et qui oderunt te'. Glosa: jam diu non noverunt te, ,extulerunt caput', id est, tunc levabunt caput, id est Antichristum extollent, et ideo dicit caput, non capita. illi enim, qui oderunt, sunt plures, sed unum caput est eorum, scilicet Antichristus, quod ita elevatum est, ut dicatur deus. sequitur: ,super populum tuum malignaverunt consilium'. require in illa Glosa: Damasce. IIII libro C. XVIII.

---

2 Psalm. 10, 10. 4 Apok. 17, 8. 12 2 Thess. 2, 8. 21 Psalm. 82, 3 f.

32 Während unter *Glosa* in dieser Partie die *Glossa ordinaria* verstanden wird (die unmittelbar vorhergehenden Sätze stehen Migne 113, 983 A und sind dort aus dem Psalmenkommentar des Augustinus geschöpft), bezieht sich dieses Zitat auf die *Glossa interlinearis*, worin wahrscheinlich der Abschnitt über die letzten Dinge aus der am Ende des 12. Jahrhunderts ins Latein übersetzten Πηγὴ γνώσεως des Johannes von Damaskus exzerpiert

omnis, qui non confitetur filium Dei et Deum venisse in carne et Deum perfectum esse et manere Deum, Antichristus est. verum proprie et precipue Antichristus dicitur, qui in consummatione seculi veniet. oportet igitur primum predicatum esse evangelium omnibus gentibus, sicut dixit Dominus, et tunc veniet in redargutionem adversariorum (42[b]) Dei Judeorum.

[g] Dixit enim eis Dominus: ‚ego veni in nomine fratris mei, et non suscepistis me. veniet alius in nomine proprio, et illum suscipietis'. Judei ergo filium Dei existentem, Dominum Jhesum Christum, non susceperunt, erroneum autem Deum se ipsum dicentem suscipient. non autem nobis, sed Judeis veniet, nec pro Christo, sed adversus Christum et adversus eos, qui Christi sunt. ideoque Antichristus dicitur. oportet igitur predicatum esse evangelium in omnibus gentibus, ‚et tunc revelabitur ille iniquus, cujus est adventus secundum actum Sathane', id est, ‚in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus'. non igitur ipse diabolus fit homo secundum humanationem. absit. sed homo ex fornicatione generatur, et suscipit omnem actum Sathane in omni virtute et signis et prodigiis, presciens enim Deus iniquitatem ejus future voluntatis, concedit in eo habitare diabolum. generatur ergo ex fornicatione, ut diximus, et educatur occulte et repente insurgit et elevat se et imperat et in primordiis regni sui, magne quidem tyrranidis, simulat justitiam. cum autem dominator factus fuerit, persequetur ecclesiam Dei et manifestat omnem iniquitatem suam. veniet autem in signis et prodigiis mendacibus et eos, qui inbecillem et instantem basem mentis habent, seducet et apostatare faciet a Deo vivente, ut scandalizentur, si possibile est, etiam electi. mittentur autem Helias et Enoch testes (tespites Hs.) et convertent corda patrum in filios, hoc est, synagogam ad Dominum Jhesum Christum et ad apostolorum predicationem, et ab ipso, scilicet Antichristo, interficientur. et veniet Dominus de celo, quemadmodum sancti apostoli viderunt eum euntem in celum, Deus perfectus et homo, cum gloria et virtute, et interficiet hominem iniquitatis, filium perditionis, spiritu oris sui, nullus igitur de terra

---

wurde; schwerlich stammt er aus dessen Erklärung der Paulinischen Briefe. Vgl. übrigens Döllinger, a. a. O. S. 434.

4 Matth. 24, 14 etc. 7 Joann. 5, 43. 14 2 Thess. 2, 8 f. 29 Malach. 4, 5 f. 32 2 Thess. 2, 8.

exspectet Dominum, sed de celo, sicut ipse nos certioravit. Ysidorus in libro de summo bono XXVI. c.: ‚omnis, qui secundum professionis normam aut non vivit aut aliter docet, Antichristus est‘. plerique autem Antichristi tempora non sunt visuri, et tamen in membris Antichristi inveniendi sunt. antequam veniat Antichristus, multa ejus membra precesserunt, et prave ejus actiones merito caput proprium prevenerunt. magnitudo signorum sub Antichristo fiet, ut electi quodamodo in errorem sint mittendi. ergo ibunt in errorem titubationis ad modicum pre multitudine prodigiorum, animo (43[a]) autem dejiciendi non sunt a stabilitate sua terrorum inpulsu atque signorum, et ideo ponitur, si fieri potest, quia electi perire non possunt, sed cito respicientes errorem cordis sui religioni coherebunt, scientes predictum esse a Domino, dum hec fecerint adversarii, non turbentur sancti. tot enim mira facturus est et signa et prodigia, dum venerit, Antichristus, ut electis quidam cordis gignatur scrupulus, quem tamen cito exsuperabit ratio, per quam sciunt, ad deceptionem reproborum et electorum perturbationem eadem fieri prodigia. in tempore illo per patientiam gloriosi erunt sancti, non per miracula, sicut fuerunt priores. illi autem et persecutores sustinebunt et facientes prodigia, proinde et durius bellum sustinebunt, quia non contra persequentes, sed contra miraculis coruscantes dimicaturi sunt. gravius sub Antichristi temporibus deseviet ecclesia contra ecclesiam, quam in ipso Salvatoris Christi adventu Christianos persecuta est. cum enim in martyres diabolus jam exercuerit magnam crudelitatem etiam ligatus, crudelior tamen erit sub Antichristi temporibus, quando jam erit solvendus. nam si tanta ligatus facere potuit, quanta solutus faciet? quanto propinquius finem mundi diabolus videt, tanto crudelius persecutiones exercet. et quia se continuo dampnandum conspicit, socios sibi multiplices, cum quibus gehenne ignibus addicatur, asciscit. quanto breve tempus sibi videt restare diabolus, tanto in persecutionibus magna ira movetur, divina justitia permittente, ut glorificentur justi et sordidentur impii, et ut diabolo durior crescat dampnationis sententia‘. item in eodem libro XXV. c.: antequam Anti-

---

2 Isidor, Sententiarum lib. 1, cap. 25 bei Migne 83, 592 B — 594 A.
36 Isidor, Sententiarum lib. 1, cap. 24 bei Migne 83, 592 B.

christus appareat, virtutes et signa cessabunt in ecclesia, quatenus eam abjectiorem persequatur audacius. ob hanc igitur utilitatem cessabunt sub Antichristo miracula et virtutes in ecclesia, ut per hec sanctorum patientia et reproborum, qui scandalizabuntur, levitas ostendatur et persequentium audacia ferocior efficiatur‘. omnia predicta de Antichristo ad hoc hiis sermonibus inserui, ut, si non in presenti, saltim alia utilitas in posterum inde eliciatur et fideles confortentur in fide Domini nostri Jhesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

Es folgen nunmehr zwei Stücke aus den lateinischen Sonntagspredigten Bertholds im Baumgartenberger Rusticanus, denen ich die deutschen Bearbeitungen zum Vergleich beifüge: Rusticanus de Dominicis Nr. 10: Domin. 2 post Epiphaniam = Pfeiffer-Strobl Nr. 55 (*Von den drîen fürstenamten*) II, 185—197. Göbel Nr. 41. Jakob S. 142 ff.

(34[a]) Nuptie facte sunt in Chana etc. Occasione istarum nuptiarum dicere propono de matrimonio, viduitate et virginitate, et quod sunt conjugate, virgines et vidue, utriusque sexus boni et mali: quos Deus diligit, boni, et mali, quos diabolus. ideo apostolus in Epistola docet, quomodo vivendum sit. unde et ego de utrisque tangam aliqua, qui scilicet illi sunt, quos in illis tribus generibus predictis Deus multum diligit, quos plus et quos maxime, et econtrario. et hoc totum significatur in Exod. XXXV, ubi legitur, quod Moyses ascendit in montem et ostendit ei Dominus candelabrum, quod habebat ex utraque parte tria brachia, tria a dextris et tria a sinistris. et brachia illa sive calami habebant partes multas, quas longum esset enarrare. et cum sibi demonstrasset, statim subintulit Dominus: ‚inspice et fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est!‘ Moyses significat predicatorem, candelabrum Christum sive Filium Dei.

---

1 Joann. 2, 1. 5 Rom. 12, 6—16. 9 Exod. 25, 31 ff. 34, 1 ff. 35, 14; die Beschreibung des Leuchters noch 37, 17 f. 13 Exod. 25, 8. — Das deutsche Stück beginnt mit einer allgemein gehaltenen Einleitung über das obere und untere Himmelreich und den katholischen Glauben, statt deren im Latein die *historia* steht, mittels welcher die Disposition hergestellt wird.

hic habuit in celo a dextris tria hastilia seu brachia sive calamos, quod idem est, et a dextris similiter tria. prima tria brachia a dextris tres sunt hierarchie beatorum angelorum, splendidissime coram Deo rutilantes; tria ad sinistram sunt tres exercitus demonum, qui de predictis angelis ob suam superbiam ceciderunt. qui, quamvis teterrime obscuritatis et deformitatis sint effecti, dico tamen eos lucere quo ad hoc, quod divinam voluntatem, licet inviti et ideo sine merito, sepe proficiunt, et in eorum pena lucet divina justitia, sicut in bonorum gloria divina misericordia. sicut autem quodlibet hastile diversas habuit partes, ita quelibet hierarchia diversos tres habet ordines. (34[b]) et ita per omnia sancta Ecclesia debet esse ordinata. unde dicit Dominus Moysi, id est predicatori: ‚inspice, et fac secundum exemplar', Glosa: angelicam conversationem, ‚quod tibi in monte', Glosa: contemplacionis, ‚monstratum est'. et alia Glosa ibidem Bede: ‚inspice etc. ostensum est Moysi exemplar candelabri, quod faceret, quia in altitudine contemplationis didicit multifaria Christi et Ecclesie sacramenta, que non aperte rudi populo proferre volebat, sed in opere candelabri et vasorum ejus signabat, donec Christus veniret, qui sensus figurarum revelaret. unde moriendo velum templi scidit et archana sanctorum, que tecta fuerant, patefecit, discipulis quoque sensum aperuit, ut intelligerent scripturas. omnis enim scriba doctus in regno celorum cum ea, que in litteris sanctis de fide catholica et actione pia dicit, ipse facit secundum exemplar, quod sibi in monte ostensum est. inspicit enim diligenter exemplar monstratum et secundum hoc ad inferiora rediens facit. cumque per subtilitatem divini sermonis intus credenda et agenda intelligit, sedulo corde scrutatur, et horum exemplar auditoribus suis executione operis et verbo doctrine ostendit'. hus usque Glosa.

[a] Sciendum ergo, quod, sicut Filius Dei tria habuit hastilia ex utroque latere angelorum bonorum et malorum, ita

---

15 Glossa ordinaria bei Migne 113, 270 B (aus Beda, De tabernaculo).

Zu 31 ff. vgl. das deutsche Stück 187, 12 ff.: ez sint drîerleie êliute, der sint eine dem tiuvele liep, die andern lieber, die dritten aller liebeste. daz êrste fürstenampt sint êliute, daz ander witewen. der sint ouch eine dem tiuvele liep, die andern lieber, die dritten aller liebeste. daz selbe sind meide. und danne einer leie êliute sint dem almehtigen gote liep, die andern lieber, die dritten aller liebeste: witewen und weisen aber daz selbe.

tria habet in sancta Ecclesia, videlicet conjugatorum, viduarum ac virginum, quorum quidam sunt boni, quos Deus diligit, et e contrario. illorum autem, quos diligit de predictis, quosdam diligit multum, quosdam plus, quosdam maxime diligit; et e contrario illos, quos non diligit, diligit diabolus, quosdam multum, quosdam plus, quosdam maxime.

[b] Unde breviter dicam virgines, quos diabolus multum diligit. primi illorum sunt parvuli non baptizati, quos, si non diligit eo, quia secum crucientur, diligit tamen in eis hoc, quod eternaliter cum Domino non regnabunt. secunde sunt virgines fatue, que se colorant ut scuta scutarii, ornant se ut pavones, portant venalem virginitatem ad choreas et spectacula, exponentes emptoribus, ut institores merces suas, et volunt concupisci. oleum autem, id est Christum vel virtutes, non habent (35[a]) interius, et ideo in judicio a vero sponso Christo et celestibus nuptiis excluduntur. tertie sunt, que foris apparent

---

Zu 7ff. vgl. 187, 25ff.: nû wil ich von den meiden sagen, die dem tiuvele liep sint, wan der ist michel mêr danne die gote liep sint. die êrsten meide, die dem tiuvele liep sint, daz sint alliu diu kint, diu âne touf oder unrehte getoufet tôt sint. die meide sint dem tiuvele gar liep, und er getar sie doch niemer kein marter an gelegen weder kleine noch grôz. nû wâ von sint sie danne dem tiuvele liep, sô lanc und er ir doch niht martert? dâ sint sie im dar umbe liep, daz sie daz schœne antlütze unsers herren niemer mêr gesehen suln, daz sie dâ verlorn hânt. die andern meide, vî! die sint dem tiuvele gar und gar vil lieber danne die êrsten. daz sint alle, die ir magetuom veile tragent ze unê und ze unstæte und sich an pflanzent sô mit varwen, sô mit schappeln gên tanzen, daz man sehe, daz sie veile sî. — die alsô ir magetuom veile tragent ân ê, dar umbe daz vil manne umbe sie werben, swie sie ein maget sî an dem fleische, wirt sie alsô funden, ir wirt niht der meide lôn noch der witewen lôn noch der êliute lôn. ir wirt der lôn, daz ir sêle niemer mêre rât wirt, bezzert sie ez gote niht anders, wan buoze ist ze allen zîten ûz genomen. ir tiuvele, die sint iu gar vil lieber, wan die geturret ir gemartern. des muget ir die êrsten niht, wan daz sie iu dâ von liep sint, daz sie gotes antlütze niemer mêr gesehent, daz ir verworht habent, sô vil sint iu die andern lieber, daz ir die marter an legent. pfî, ir tiuvele, wie liep iu danne die dritten sint! in sint die êrsten liep, die andern lieber, die dritten gar unmugelichen liep. die dritten meide, die dem tiuvele liep sint, daz im halt nie meide als liep wurden, daz sint, die sich maget ûzen zeigent und gebârent vor den liuten, sam sie reine meide sîn, und tuont in der heimelîchen als unreiniu dinc und als heimelîchiu dinc, daz ich sîn niht gesagen tar und halt unmügelichen ze sagen wære. — bistû maget an dem fleische, sô wirt dîn doch niemer rât, wirstû alsô funden. wan dû bist dem tiuvel aller liebeste under allen meiden.

virgines, sed in occulto talia agunt, que turpe est dicere, et similiter quidam ex eis juvenes sunt fures, turpiloqui, omnino mendaces et maledici, et hii regnum Dei non possidebunt.

[c] Sic dico et de viduis. prime illarum sunt, que sunt otiose, delitiose, verbose, garrule, inpatientes. secunde, que illegitime vivunt ut jumenta utriusque sexus, que ut cadavera coram Deo fetent. tertie, que post mortem contectalium, pro quibus semper orare deberent, fiunt incantatrices pessime, stuprorum machinatrices et conciliatrices, diaboli efficacissime venatrices.

[d] Similiter et inter conjugatos. primi sunt, qui invicem sibi infideles existunt in rebus, ut pavo. secundi, qui sibi infideles sunt in corpore et male viventes insimul, ut duo galli, cum conveniunt, statim simul compugnantes, qui vel se adulterio maculant, quod peccatum grave nimis est. tertii sunt, qui sibi in anima sunt infideles. licet enim Deus constituerit, ut multum se mutuo diligant conjugati juxta illud: ‚propter hoc relinquet homo patrem et matrem etc.‘, prohibuit tamen, ne se plus diligant quam Deum. unde Luc.: ‚qui diligit uxorem plus quam me, non est me dignus‘. sunt enim quidam, qui se tantum amant, ut nesciant, quomodo vel per quem modum mutue di-

---

Zu 4 ff. vgl. 188, 26: nû wil ich sagen, welche witewen dem tiuvele liep sint. daz sî frouwe oder man, swer den magetuom verlorn hât und ân ê lebent und müezic gânt und ungerne würkent und die ungerne betent und gerne mæresagent und klaffent und die wîle als unnützelichen ane legent, der leben ist unnütze. — die andern sint im gar vil lieber. daz sint die witewen, die dâ naschent sam daz vihe, sô sîn gemechede stirbet. — ez sî frouwe oder man, die alsô lebent mit ir witewentuome, die sint dem tiuvele michel lieber dan aber die êrsten. die dritten sint im aber lieber danne die êrsten und danne die andern. daz sint, die niht genüeget an ir selber genesche, sie wellent dannoch umbe gân mit fremedem genesche. pfî, ir tiuvele, die sint iu gar liep als die trüllerinne, des tiuvels jagehunde, die dem tiuvele mêr sêlen antwurtent dan ir eines sêle, wan sie verrâtent dem sîn hûsfrouwen, dem sîn dierne. — wan sie wellent niht würken noch anderz schaffen wan verrâten und wârsagen und zoubern und liegen und triegen. — die witewen sint dem tiuvel aller liebeste.

Zu 11 ff. vgl. 189, 30 ff.: ir liute mit der ê, ich wil ouch iu sagen, welhe die sint, die niemer in daz ober himelrîche kument. die êrsten êliute, die dem tiuvele liep sint, daz sint alle, die an einander ungetriuwe sint an dem guote, als ich vor geseit hân, dô ich von der ê dô predigete.

17 Marc. 10, 7. 19 Matth. 10, 37; hier verwechselt mit Luc. 14, 26.

lectioni satisfaciant. — sicut autem dixi pro aliqua parte, que conjugate, virgines et vidue diabolo placent multum, que plus, que maxime, ita propono nunc aliquantulum dicere e contrario, que Deo.

[e] Multum diligit Deus illos conjugatos, qui servant ea, que Deus vel sancta Ecclesia eis servanda in lecto constituit; sed illos plus, qui servant, que in lecto servanda consuluit; illos maxime, qui ea, que nec etiam consuluit expresse et aperte, propter excellentiam status ipsorum.

[f] Nota duo in precepto: disciplinam et modestiam, que breviter transibo, hoc addens, quod quinque tempora sunt ab Ecclesia instituta, in quibus conjugatis multum castitatis munditiam convenit custodire. primum est (35[b]) tempus Rogationum, in quo rogat Ecclesia, sibi in necessitatibus subveniri. secundum tempus jejuniorum legitimorum. tertium tempus mulierum.

Zu S. 34, 12ff. die andern lieber, di anander ungetriuwe sint an dem lîbe. ez sî man oder frouwe, daz sînen lîp einem andern gît, die sint dem tiuvele lieber danne die êrsten. dû solt dînen lîp niht einem andern geben, wan dû hâst dînem gemechide gelobet, daz dû iemer bî im blîbest. hâstu des niht getân, sô bistû dem tiuvele lieber und muost zweier leie marter lîden ze aller der marter, die ein ander sünder lîden muoz. und daz daz wâr sî, daz ist erzeict in der alten ê. — und dâ von soltû ouch dîn hûsfrouwen niht mit dem fuoze für den oven stôzen und sie her wider schelten und fluochen und, sô dû sie ie mêr geslehst, sô sie ie mêr geschiltet, und lebent mit einander als der tiuvel mit der sêle in der helle. — die dritten êliute sint dem tiuvel aller liebeste: daz sint, die ir gemechede anders hânt dan unser herre ûf sazte. — die dan ir liep lânt erwilden und enwizzen, wie sie vor liebe sullen gebâren, alsô liep sint die an einander, daz sie weder zuht noch mâze kunnen — ein schalkhaft herze verstât mich wol.

Zu 1f. vgl. 190, 33: ir tiuvele, nû hân ich iu für geleit, welhe iu dâ liep sint und lieber und aller liebeste und welhe iu ie ze teile werdent. ir engele, nû hœrent, ich wil iu ouch fürlegen, welhe iu dâ liep sint und welhe iu liep werdent.

Zu 5ff. vgl. 190, 37: ir liute mit der ê, ir habent ouch einen kôr als die engel — und iuwer kôr hât drîerleie liute under im. der sint eine dem almehtigen gote liep, die andern lieber, die dritten aller liebeste. die êrsten êliute, die gote liep sint, daz sint alle die zuht und mâze haltent an dem bette. wan zuht und mâze diu zwei hat got geboten. — und dâ von wil ouch der almehtige got, daz man zuht und mâze an dem bette halte. swelhe liute daz haltent, die sint gote liep und werdent der helle überic, sint sie anders guote liute, und mugent ir geslehte wol mêren und werdent der helle überic mit den zwein, zuht und mâze.

quartum dierum sollempnium, de quibus Augustinus in tractatu de castitate: ‚ante omnia quotienscunque dies dominicus an alie sollempnitates veniunt, uxorem suam nullus agnoscat, et quotienscumque fluxum sanguinis patiuntur mulieres. nam qui tunc agnoverit uxorem suam aut in die dominica vel in alia qualibet sollempnitate se continere noluerit, qui tunc concepti fuerint, aut leprosi, aut epilentici, aut forte demoniosi nascuntur. deinde quicunque leprosi sunt, non de sapientibus hominibus, qui et in aliis diebus et in festivitatibus castitatem custodiunt, sed maxime de rusticis, qui se continere non sapiunt, nasci solent. fratres karissimi, si animalia sine intellectu non se contingunt, nisi certo tempore et legitimo, quanto magis homines, qui ad imaginem Dei facti sunt, hoc observare debent?‘ huc usque auctoritas Augustini. quintum est tempus partus.

[g] Secundi, quos Deus diligit, sunt, qui in lecto servant, que Ecclesia consuluit. consuluit autem, ut tantum hiis de causis convenirent.

[h] Si casum times comparis, et si tristis debitum reddis, si causa prolis, quam ad laudem Dei educare cupis.

---

1 Einen Traktat Augustins *De castitate* gibt es nicht, wohl aber führt der unechte Sermo 292 in manchen Handschriften den Titel: *Homilia de castitate* und dort findet sich die Stelle, bei Migne 39, 2300, Abs. 7. —

Zu 15ff. vgl. 191, 11: welt ir danne des vegefiures überic werden, sô tuot als die andern, die dâ gote vil lieber sint. ir ist aber vil minner dan der êrsten und habent aber vil mêr êren dâ ze himel, wan sie hielten, daz got geboten hât und daz er nie getorste gebieten, und hât ez aber gerâten. — sô haltet daz dritte. diu zwei sint zuht und mâze. daz dritte ist, daz ir niemer bî einander geligent wan durch driu dinc. daz eine ist, hât ein man ein junge hûsfrouwen, und wære er gerne ein kiuscher man, wan daz er im gedenket: ‚dû bist bliuc, dû getarst niht gemuoten, sô bist ouch junc und maht sîn niht enbern. ich wil den worten in der ê sîn mit dir, daz dû iht ein bœserz tuost‘. zu dem andern mâle, daz ir iuch niemer ze samen legent wan durch kinde willen; zuo dem dritten mâle niemer wan sô sîn dîn gemechede niht gerâten wil. — die dritten êliute, die gote aller liebeste sint, der ist verre minner danne der andern und danne der êrsten. sie habent aber gar vil mêr êren. des getar ich aber weder gemuoten noch gerâten, wan ez wolte halt got selbe nie gebieten noch gerâten. iedoch sô hât ir etelîcher daz himelrîche besezzen mit der selben ê. ich wil sie iu nennen, aber dar umbe niht, daz ich sie iu an muoten welle. daz sint die, die maget wesende zesamen koment und die reinikeit behaltent mit einander hinz an ir tôt, die sie von ir muoter lîbe brâhten. (Josef und Maria, Salome und Kaiser Heinrich) ir êliute, dâ mite gesegen iuch der almehtige got.

[i] Tertii, qui copulantur matrimonialiter, ut simul casti perseverent. exemplum de beata Cecilia et beato Tyburcio. sed quia hec via nimis est ardua, teneat homo in matrimonio positus saltim secundam, vel etiam primam viam. de matrimonio hec sufficiant propter prolixitatem vitandam. — secundum brachium a dextris candelabri, quod similiter multas partes habet, est ordo viduarum utriusque sexus, qui similiter triplex est.

[k] Quorum primos Deus multum diligit, secundos plus, tertios maxime predictis. viduitate dico in se considerata et aliis circumstantibus partibus. ideo autem dico: ‚aliis circumstantibus partibus', quia multe sunt vidue primi ordinis sanctiores quam secundi ordinis vel tertii, sicut etiam sunt multe in matrimonio sanctiores multis viduis (36[a]) vel virginibus. sane primi sunt, qui virginitatem illegitime perdiderunt et per penitentiam ad Dominum sunt reversi. quia secundum Bernardum: ‚sicut Dominus non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia, sic nec eos, qui ambulant in penitentia'. ergo ‚derelinquat impius viam suam etc.', quia ‚homines et jumenta salvabis, Domine'. jumenta scilicet, qui more jumentorum non matri-

---

Zu 8 ff. vgl. 192, 7: ich wil ouch den witewen sagen, welhe gote liep und lieber und aller liebeste sîn, wan ir witewen habent ouch einen kôr mit drîerleie witewen. Die êrsten witewen, die dem almehtigen gote liep sint, daz sint alle die den magetuom verliesent mit unê; ez sî frouwe oder man, die den magetuom verliesent und dar nâch kiusche wellent sîn, die heizent alle witewen, und alle, die mit unstæte umbegiengen und daz nû niemer tuont, und swaz sie vor begiengen, daz wellent si nû gote bezzern und büezen. sô ist got sô erbarmherzic und sô guot, daz er in alle ir sünde vergît. — und dar umbe, lânt hiute unê und lânt iuch daz vorder riuwen, sô erbarmet sich got über iuch als über sant Marîam Magdalênam und sant Âfern und sant Pêlâye. die verlurn ouch ir magetuom jæmerlichen mit der unê, und hât sie doch der almehtige got mit ir wâren riuwe zuo dem himelrîche genomen. Die andern witewen, die dâ gote lieber sint, daz sint, die ir magetuom verliesent mit der ê und danne nâch ir gemechides tôde lebent, als in got ûf gesetzet hât. Die dritten witewen, die gote aller liebeste sint, daz sint, die sich ordent, ê daz sie der tôt scheide. — rehte als münichen in einem klôster ir regel geschriben ist. — ir sult vil gebeten rehte die zwô wîle, tac und naht. iedoch sult ir iu sîn niht gar ze vil nemen, daz ir iht unsinnic werdent —. ir sult gedultic sîn —. und dar umbe sult ir gedultic sîn, sô wirt iuwer lôn sehzicvalt, êliute lôn drîzicvalt —. alsô grôzen mangel habet ir frouwen iuwer wirte, sô sie sterbent.

16 vermag ich wörtlich nicht nachzuweisen. 17 Isai. 55, 7. 18 Psalm. 35, 7.

monio contenti illegitime vixerunt juxta illud: ‚homo cum in honore (virginitatis) esset, non intellexit illum honorem, et ita comparatus est jumentis insipientibus et similis factus est illis‘. revertantur igitur tales, ne desperent. nam tales fuerunt Maria Magdalena, Affra et multi alii, qui modo in celo fulgent cum angelis gloriose. secundi, qui in matrimonio bene vivendo, tandem per mortem corporis viduati, de cetero caste vivere volunt, dediti orationibus, macerationi carnis, operibus misericordie intenti, et hujusmodi. tertii, qui non per violentiam mortis, sed per amorem creatoris, sani ab invicem separati, religionem, ut ibi Domino die noctuque in obedientia fraterna, paupertate voluntaria serviant, introierunt.

[l] Si queris, cur plus premii habituri sunt viduati quam conjugati, respondeo, quod conjugio dedite aliquando habent solatium a viris in despectu, paupertate, in tristitia et labore suo, et e contrario, ille vero a nullo.

[m] Tertium brachium candelabri etc. ut supra. prime virgines sunt, qui nec sciunt nec volunt nec possunt male fa-

1 Psalm. 48, 13. 21.

Zu 17ff. vgl. 196, 17: ir êliute und ir witewen, ich hân iuch verrihtet, dâ mite gesegen iuch der almehtige got. nû wil ich ouch den meiden sagen. ir habet uns gar schœne liute brâht an disen meiden, die der engele genôz noch werdent, dise juncherren und dise juncfrouwen. — alsô haben wir drîer hande meide: eine gote liep, lieber und aller liebeste. die êrsten, die gote liep sint, die niht gesünden mohten vor kintheit und alsô kint wesende tôt sint, daz sie umbe sünde niht westen. sô sint die andern gote vil lieber: die wol hæten sünde begangen und durch die minne unsers herren niht sünden wolten und ir reinikeit behielten hinz an ir tôt. die werdent gekrœnet an houbete und an munde und an füezen und werdent gar hôch geêret von engeln und von heiligen. wer sint die dritten meide? und die sint gote alsô liep, daz im nie engel alsô liep wurden noch niemer mêr werdent. und die selben meide sint alsô gar kiusche und alsô reine und alsô tugenthaft und sint alsô gar schœne, daz die engele jehent, sie wellen iemer mêr ir diener sîn. der selben meide wart ouch nie keine mêr, noch ir wirt niemer mêr keine weder in himelrîche noch ûf ertrîche wan zwô. daz ist ein juncherre und ein juncfrouwe, daz ist mîn frouwe sant Marîa und unser herre Jêsus Kristus. daz sint die hôhesten meide, die ie wurden und iemer mêr werdent. — unser herre Jêsus Kristus müeze mir helfen und mîn frouwe sant Marîa, daz ir alsô gelebet in disem himelrîche der kristenheit, daz ist daz himelrîche der genâden, daz wir in das himelrîche der freuden komen: dar umbe suln wir dise meide an ruofen. daz uns daz allen widervar, daz verlîhe uns got. Âmen.

cere, ut parvuli baptizati. secundi, qui sciunt et possunt, sed pro Dei dilectione nolunt. hos Deus plus diligit quam primos, qui obtulerunt vel offerunt MARIE, prime virgini laudabili, suam virginitatem. quantum Deus alias diligat, ostendit multipliciter. dic, si vis, in quibus. ut est illud, quod plus illorum virginitatem diligit quam angelorum. Jeronimus: ‚in carne preter carnem vivere, non terrena vita est, sed celestis'. Bernardus: ‚in carne angelicam gloriam acquirere, majoris meriti est, quam habere'. item Bernardus de virginitate dicit: ‚fulgida virginitas est gemma virtutum, germana angelorum, lampas ecclesiarum, lux animarum. ipsa calcat libidinem, vincit diabolum, contempnit seculum, deprimit omne periculum'. non hoc dico de virginibus illis, qui in domibus sedentes cogitant de illis, cum quibus virginitatem perdant. tertii, qui malum (36[b]) facere sciverunt, sed nec potuerunt, nec voluerunt. quorum tantum duo: una virgo, id est, beata Maria, que post conceptionem filii sui peccare non potuit; et unus virgo, id est, Christus secundum carnem, qui nec a conceptione peccare potuit. quas supra se pro excellentia virtutum suarum angeli adorant, videntes eos in gloria inenarrabili. quos et nos videre concedat idem filius per merita matris. Amen.

(132[b]) Sermo XLVII. (13. Sonntag nach Pfingsten) = Pfeiffer-Strobl I, 264—288.

Jhesu preceptor, miserere nostri. Luc. X. Leprosi sunt, ut dicit hic glosa Bede, qui contra decalogum peccant per opera carnis, que sunt fornicatio, inmunditie etc. ibidem: qui talia agunt, regnum Dei non possunt consequi. ut autem hoc consequi mereamur et decimum chorum attingere, decem precepta sollicite observemus, et quia hec decem summe necessaria

---

6 Die Stelle stammt aus einem unechten Briefe des Hieronymus an Paula und Eustochium über die Himmelfahrt Mariä, der aber während des ganzen Mittelalters und herauf bis zur Neuzeit fast durchweg (nur Guido, der gelehrte Kartäuserprior und Freund des Petrus Venerabilis, sowie Bernard von Clairvaux zweifelten) für echt gehalten wurde, bei Migne 30, 121 A. 8 ff. vgl. Bernard, Homil. super Missus st. Nr. 2, bei Migne 183, 62 A; das Lob scheint hier von Maria auf *virginitas* übertragen. 24 Luc. 17, 13. — 25 Glossa ordinaria bei Migne 114, 319 AB.

sunt, altius exordium et latius prosequamur. unde notandum, quod fecit Deus novem choros angelorum, ut semper essent beati et participes gratie ipsius, et dis (133[a]) posuit facere decimum de alia natura, scilicet de humana, qui tamen tantus fieret in multitudine ut illi, ut innuit Gregorius super illud Deuteronomion: ‚posuit numeros populorum juxta numerum angelorum Dei'. et sicut angelis nil grave preceperat, nisi ut subditi sibi essent, sic nec homini, nisi ut a fructu unius arboris caveret, ne comederet, et sine labore exteriori et sine angustia interiori eum cum angelis beatificaret. dic, quomodo angeli ceciderunt, priusquam distinguerentur complete, licet quantum ad naturalia essent distincti, et quomodo Lucifer hominem, ne in locum suum resurgeret, decepit et quomodo eum dejecit et quomodo iram Dei sustinuit per multa annorum curricula. videns ergo Deus hominem contritum, cum irasceretur, misericordie recordabatur, imposuit homini, ut decem verba, si salvari vellet, firmiter servaret tantum, secundum quod doctores exponunt multipliciter. dic, quomodo populum vocavit in Exodo XIX et quomodo mons fumabat de tonitruo, de thure, de igne, de caligine, de eorum tremore, cum hec precipere vellet, ut qui hec servaret, salvaretur, et qui non, dampnaretur. versus: Fulgura cum tonitru, nubes, tuba, fumus et ignis In Sinai monte sunt in legis datione. qui hec decem servant, decimum chorum attingent, ut significatur Ezechiel XLV: ‚decem beati implent chorum et faciunt'. de hiis decem cum suis expositionibus multiplicibus ratio a quolibet homine inquiretur. quia in monte recipiet homo aut pro observantia decalogi cum omnibus suis expositionibus ex precepto cadentibus premium eternum aut pro transgressione supplicium, si prius non satisfecerit per penitentiam, qui ad etatem adultam pervenerit, ut significatur Exodo X: ‚quando tuleris summam filiorum Israel juxta numerum, singuli pro animabus suis dabunt Domino pretium, et non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti. hoc autem

6 Die Stelle schöpft aus Gregors 34. Homilie in Evangelia bei Migne 76, 1246 ff. und das Zitat aus Deuter. 32, 8 (constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israël) hat schon durch Gregor 1252 C die von Berthold angeführte Gestalt bekommen. 18 Exod. 19, 18. — Die Einleitung, das Evangelium und die Geschichte der Verkündigung der zehn Gebote fehlen dem deutschen Stück. 24 Ezech. 45, 14. 31 Exod. 30, 12—16.

dabit omnis, qui transit ad nomen‘, id est, ad familiam. numerabantur enim omnes, qui transibant, et redimebantur X obulis. ‚dimidium sicli‘. juxta mensuram templi ‚siclus XX obulos habet. dives non addet nec pauper minuet, ut sit monumentum eorum coram Domino, ut propitietur animabus eorum‘. nota quod, ut legitur ℞. XXIII et Paral. XXI, Proverb. X, pro obulis illis tempore David LXX milia hominum vel amplius interfecta sunt a Domino. in hoc prefiguratum est, quod cottidie magna multitudo dampnatur eo, quod X obulos, id est decem precepta, Deo non dederunt. cottidie tollit Deus magnam multitudinem filiorum Israel de hoc mundo per mortem, et quicunque ei illos X obulos non dederit, eum in eternum dampnabit.

gleiches lassen diese Stelle Berthold unzweifelhaft absprechen. Nr. 120 beschäftigt sich mit Mariä Verkündigung und erzählt die ganzen Vorgänge ungemein ausführlich nach den Apokryphen, ohne jedoch wider ihre Authentizität solche Bedenken vorzubringen, wie der vorsichtige Berthold sie bei allen nicht schriftgemäßen Berichten über Jesu Leben niemals unterläßt. Sehr bezeichnend ist schon der Eingang des Stückes: nam credendum est et credibile, quod precedenti die sexta in Aprili mundus sit creatus, hodie vero formaverit hominem. et quia hodie homo cecidit, dignum et rationabile fuit, ut eodem die redemptor noster causa hominis homo fieret, et hec est historia prelibanda. Die erste Angabe bezieht sich auf den 18. März, der um sechs Tage dem 25. März, dem Feste der Verkündigung Mariä, voraufging (daher ist das *in Aprili* eine falsche Vermutung und Besserung des Schreibers, der nur an den 25. März dachte): dieser 18. März galt nach alter Volksüberlieferung für den Tag der Schöpfung der Welt, vgl. meine Miszellen aus Grazer Handschriften 2 (1899), 59. Der Tag Annuntiationis B. Mariae V. wird hier als Tag der Schöpfung des Menschen und des Sündenfalles bezeichnet, entsprechend einer weit verbreiteten, sowohl kirchlichen als volkstümlichen Anschauung des Mittelalters, vgl. meine Miszellen aus Grazer Handschriften 5 (1903), 63 ff. Stand dieser Preis für Mariä Verkündigung einem Zisterzienser sehr wohl an, dessen Orden dem Annuntiationsstil huldigte, d. h. den Jahresanfang auf den 25. März verlegt hatte (vgl. Grotefend, Zeitrechnung 1, 7 ff.), und nehme ich die weitläufigen Zitate aus Bernard von Clairvaux in Nr. 118 hinzu, so wächst mir die Wahrscheinlichkeit, daß diese vier Stücke Nr. 118—121 erst in Baumgartenberg hinzugefügt worden sind und nicht im Gleinker Kodex von Bertholds Predigten gestanden haben. Dann ist die historische Notiz über das Abtgebäude von Gleink eben, wie ich schon früher (S. 73) vermutete, von dem Ende der Gleinker Hs. an das Ende der Aufgabe des Baumgartenberger Abschreibers gerückt worden.

Daher ist wohl auch anzunehmen, daß die letzte Nummer, die Predigt auf Sct. Scholastica, in Baumgartenberg verfaßt oder zum mindesten für den dortigen Gebrauch niedergeschrieben sein wird: das Stück sollte ja nach dem beigegebenen Vermerk

am Festtage der Heiligen (10. Februar) bei Tisch und zur Kollation vorgelesen werden. Dagegen möchte vielleicht eingewendet werden, ob die Schwester des heil. Benedikt nicht wahrscheinlicher in einem Benediktinerkloster besonders gefeiert wurde denn bei Zisterziensern, so daß man diese Nummer der Handschrift eher auf die Gleinker Vorlage zurückverweisen möchte. Darauf wäre zu erwidern: die Regel des heil. Benedikt war auch die Regel der Zisterzienser, auch für sie war er der erste Gründer ihres Ordens. Daher ist es begreiflich, daß S. Scholastica auch im Festkalender der Zisterzienser ihre *Commemoratio* hat (Grotefend, Zeitrechnung II, 2, 21), wenngleich sie da nicht wie bei den Benediktinern mit einem *duplex majus* oder *minus* (Grotefend a. a. O. S. 8, 4) bedacht wird. Übrigens ist die Verehrung der heil. Scholastica ganz allgemein (Grotefend a. a. O. S. 166), es wird auch nach ihrem Festtag in Urkunden datiert (Grotefend a. a. O. S. 1, 174). Predigten auf S. Scholastica bietet aus älterer Zeit die Patrologie von Migne in zwei Nummern: die eine, von einem Diakon Albericus, ist alt (Migne 66, 941 ff.), sie verbindet nach einem Prolog (— in schola Christi sub Sancti Spiritus magisterio ab infantiae tempore in sanctimoniali habitu conversata) die Darstellung mit einer Homilie über das Evangelium von den klugen und törichten Jungfrauen (Matth. 25, 1 ff., das war bei Predigten auf heilige Jungfrauen, die nicht Märtyrerinnen waren, üblich, vgl. die deutsche Reimpredigt auf S. Cäcilia, Zs. f. d. Altert. 16, 165 ff.; Honorius im Spec. Eccl. bei Migne 172, 1027 ff.; Gregor in der 11. Homilia in Evangelia auf St. Agnes bei Migne 76, 1114 ff.); die zweite findet sich unter den Beda fälschlich zugeschriebenen Homilien bei Migne 94, 480 ff. (teilt mit der genannten Homilie Gregors das Evangelium Matth. 13, 44 ff.), behandelt im ersten Teil die Perle im verborgenen Schatz und erscheint dann ohne diesen Teil als homiletische Auslegung von Gregors Bericht über die heil. Scholastica selbständig bei Migne 126, 979 ff. Von der kirchlichen Poesie ist S. Scholastica reichlich gefeiert worden, ich führe außer Migne 95, 1593 und Mone, Hymnen Nr. 1046. 7 (3, 496 f.) noch an: Analecta hymnica, ed. Dreves-Blume 4, 231; 8, 209; 14[a], 58; 22, 246 f. 23, 265 f. 28, 176 ff.; 29, 170; 37, 253 f.; 41, 157 (wo in einem Rhythmus des Zisterziensers Christan von Lilienfeld auf

heilige Jungfrauen Scholastica an die Spitze gestellt wird). Sehr beachtenswert scheint mir, daß in dieser Fülle von Dichtungen nur einmal (als eine von den klugen Jungfrauen 37, 254; der Name zerlegt in *Schola* und *stica* 22, 254) in einem Reimofficium S. Scholastica wie von dem Baumgartenberger Prediger als Lehrerin gefeiert wird; das Stück beginnt 28, 176: O *doctrix* (wie in unserer Hs. nach Sap. 8, 4) et didascala sectandae virtutis, quam digne Scholastica diceris, schola salutis, tu vita, tu morte nos edoces, ut ad coeli bona nos evoces. Dieses Dichtwerk berührt sich auch sonst auffällig mit unserer Predigt: der überaus starke Gebrauch der Reden und Vergleiche aus dem hohen Lied; das Herz der Heiligen als das *sacrarium* Gottes wie hier S. 88, 14; Scholastica als soror, mater, *amita* und Führerin angesprochen, wie hier am Schlusse — vielleicht darf man einen Zusammenhang zwischen beiden irgendwie annehmen.

Jedesfalls ist es dem Prediger unserer Handschrift eigentümlich, daß er in seiner wohldisponierten Darstellung der Schule und ihrem Wesen einen so breiten Raum vergönnt, indes die ganze übrige kirchliche Poesie, die ich verglich, mit einer einzigen Ausnahme dieses Moment gar nicht erwähnt, sondern eher nach dem Berichte Gregors des Großen die Abwendung des heiligen Geschwisterpaares von weltlicher Wissenschaft hervorkehrt. Der Verfasser geht in seiner Einleitung von Gregors Biographie aus, stellt dann mit Psalmenzitaten das Lob der heil. Scholastica dar, geht auf die sieben Siegel des Buches der Apokalypse aus, deutet sie auf die septem artes liberales und findet deren Kenntnis und Betätigung verwirklicht in der gepriesenen Heiligen. Es wird durch diese Behandlung sehr kunstvoll verdeckt, daß man von der heil. Scholastica eigentlich nichts weiß, und im Anschluß an die Definition ihres Namens wird sie in einen Zusammenhang mit den Schulkünsten gebracht, der ihr in Wirklichkeit sehr ferne lag. Ja schon vom heil. Benedikt wird S. 91 hervorgehoben, er habe die Bildung der mittelalterlichen Studien genossen, und dabei nur der erste Teil eines Satzes bei Gregor zitiert, hingegen der zweite weggelassen, in welchem die Abneigung des Heiligen wider das Schulwissen bezeugt ist. Es wird aus all dem deutlich genug erhellen, daß wir in dem Verfasser der Predigt, der sich in der ganzen Darstellung als ein Gelehrter ausweist,

auch zugleich einen Lehrer werden vermuten dürfen. Und noch ein Weiteres finde ich beachtenswert: der Verfasser polemisiert verschiedene Male und mit ziemlicher Schärfe wider die unordentliche Lebensführung der geistlichen Frauen seiner Zeit, ihre Neugier, Schwatzhaftigkeit und vornehmlich mit Nachdruck wider ihren Hang zum Verleumden. Noch eines: das ganze Werklein ist in einem höchst kunstvollen und ganz fehlerlosen Kursus geschrieben. Nehme ich diese Momente zusammen und frage, ob sich im Lebenskreise des Abtes Rapoto von Baumgartenberg im letzten Dezennium des 13. Jahrhunderts ein Mann und Schriftsteller befunden hat, aus dessen Persönlichkeit sich alle diese Qualitäten erklären ließen, so zweifle ich beinahe gar nicht, daß wir Rapotos Ordensbruder und Freund, Gutolf von Heiligenkreuz, für den Verfasser dieser Rede auf St. Scholastica halten dürfen. Dieser Mann (vgl. über ihn meine bereits erwähnte Monographie) besaß eine sehr ansehnliche Bildung (an der Spitze seiner Grammatik und seines Vokabulars definierte er die sieben freien Künste und unterschied dabei *astronomia* von *astrologia*, wie es hier S. 92 geschieht, vgl. meine Abhandlung S. 3. 17); er war Lehrer der Zisterzienserinnen in Wien, und wir können uns seine Predigt mit ihrer für ein Mannskloster wenig geeigneten Befehdung der Lebensgewohnheiten von Nonnen am besten entstanden denken, wenn er sie zuerst für das Frauenkloster verfaßte, wo er *scholasticus* war und dann seinem Freunde, dem Abt Rapoto, übergab; seine Erfahrungen rechtfertigen auch die Abneigung wider manche Eigentümlichkeiten geistlicher Frauen (vgl. die Erlebnisse mit Wilbirgis a. a. O. S. 59 ff.); er war im Kursus ein vollendeter Künstler (S. 53. 78 ff.) und besaß die Bibelkenntnis und Vertrautheit mit der Theologie, vor allem aber die charakteristische Wertschätzung des Wissens, welche in der Predigt ebenso wie in seinen sonstigen Schriften hervortritt. Demnach darf ich wohl meiner Vermutung, Gutolf von Heiligenkreuz habe die Predigt und Lektion über die heil. Scholastica verfaßt, einen hohen Grad von Wahrscheinlichkeit beimessen. Auch dann, wenn in Betracht gezogen wird, daß um die Wende des 14. Jahrhunderts in Baumgartenberg selbst ein kanzleikundiger Diktator gelebt hat, der seine Redaktion des Baumgartenberger Formelbuches (ed. Baerwald, vgl. Rockinger,

Briefsteller und Formelbücher S. 713 ff.) im Kursus stilisierte; denn dieser Mann war nicht Gutolf, wie ich hier nicht zu beweisen brauche. Wohl aber möchte ich hier noch auf den Eingang der urkundlichen Aufzeichnung des Abtes Rapoto in unserer Handschrift aufmerksam machen, wo der grammatische Witz *Deus est adverbiorum, non nominum* gleichfalls den Geschmack des gelehrten Scholasticus von Heiligenkreuz merken läßt.

Einen Abdruck der Rede auf S. Scholastica lasse ich hiermit folgen.

(133[a]) Incipit sermo de sancta Scolastica, qui legendus est in festo ipsius (133[b]) ad mensam et ad collationem.

(133[b]) *Scolastice virginis.*

Venerabilis Deoque dilecte Scolastice transitu glorioso festivitas hodierna coruscat, quam insignis ille Gregorius papa suo amplius et perfectius testimonio efficit honorandum. quippe ut quam vir tantus extollit, cujus lingua calamus scribe velocis fuisse non dubitatur, hoc est Sancti Spiritus ipsum et venerabile templum inhabitantis, propter quod et sanctum eundem dulcissimum Sancti Spiritus organum universalis ecclesia cantitat confidenter, ejus aurea vere doctrina undique sui resplendens pariter et ditescens. Igitur si juxta poëtam, immo prophetam potius, in hoc verbo: ‚principibus placuisse viris non infima laus est‘, numquit non laus est altissima benedicte istius virginis sororis utique Benedicti tanto principi placuisse, beato Gregorio pape videlicet, et ejus insuper meruisse preconia, quem Spiritus principalis implevit, et statuens illi testamentum pacis principem fecit eum, collocans eum cum populi sui principibus in papatu. Quem etiam, ut certissime se per os ejus loqui monstraret et se ipsius lingua docere, quod docuit, sancto diacono Petro in columbe specie (133[c]) visus est super illum, scribendi sibi familiariter familiaribus auribus ejus inmurmu-

5 Auf die Kapitel 33 und 34 im zweiten Buche der Dialoge Gregors des Großen (bei Migne 66, 194 f.) geht alles zurück, was man über die heil. Scholastica weiß. 13 Horaz, Epist. 1, 17, 35. 16 Eccli. 45, 30.

19 Wird berichtet in den Vita S. Gregorii des Joanus Diaconus lib. 4, Abs. 69 f. (bei Migne 75, 22), ohne den Namen des Petrus bei Paulus Diaconus, Vita S. Gregorii, Abs. 28 (bei Migne 75, 57 f.).

rans, ut sic quoque pateret extrinsecus, quid in sacro corde illo intrinsecus ageretur.

Vere testis idoneus, vere fide dignissimus, vere testimonia sua credibilia facta sunt nimis, que Spiritus Sanctus autenticat, qui Patri coequalis et Filio, ab utroque procedens, in celo dat testimonium cum utroque. vides igitur, quantas Deo dilecte virginis et electe laudes accumulet ipsius etiam laudabilitas laudatoris, qui Spiritu Sancto commendatur approbatore, immo et judice, quod commendat. plane scimus, quia verum est testimonium ejus, quem tantus hospes inhabitans, per cor ejus verbum bonum eructat, de bono thesauro cordis boni prolatum. et ut sollertiori consideratione perpendas, quantum in famula Dei, de qua loquimur, Domino complacuerit, totius eam Trinitatis fuisse sacrarium recognoscens, si versiculi recorderis, quem quodam sibi speciali specimine congruentem propheta depromsit individue Trinitatis effectum circa Scolasticam, personali distinctione describens trinumque opus in ea contriplicans singillatim. ‚fluminis impetus‘, inquit, ‚letificat civi(133d)tatem‘, civitatem utique Dei unius, quod numero singulari demonstrat. civis etiam coequalem et omôusyon Trinitatem personali proprietate distinguens, ‚sanctificavit‘, inquiens, ‚tabernaculum suum Altissimus‘, quem Patrem volebat intelligi. eumque consulto non ‚Deum‘, sed ‚Altissimum‘ nominavit, sciens in spiritu, quod deitatem Patris eternam nec cecitas Judeorum nec hereticorum ulla erat perversitas negatura. ceterum, cum adjungit: ‚Deus in medio ejus non commovebitur‘, personam innuit Filii, et adnectens: ‚adjuvabit eam Deus mane diluculo‘ personam Spiritus Sancti caracterizat. quod ergo Filius ‚Deus‘, Spiritus Sanctus ‚Deus‘ a psalmista vocatur judaice, fuit pariter et heretice pravitatis allisio, cum Judei Dei Filium nec esse concedant, Arriani vero atque Sabelliani: illi quidem Filium et Spiritum Sanctum esse fatentes, utriusque tamen abnegent deitatem et altare divinum impia fictione inequalitatis intergradent, isti vero vesanius misceant confundantque personas. ad quorum omnium condempnandos errores ista sufficiant, cum non fidei nunc vel fulcire vel ponere statuerimus fundamenta, sed quantum fides in ancilla

3 Psalm 92, 5. 10 Psalm. 44, 1. — Luc. 6, 45 etc. 18 Psalm. 45, 5. 21 Psalm. 45, 5. 25 Psalm. 45, 6.

Christi profecerit demonstrare, vere igitur, ut civitatem Dei Scolasticam fluminis impetus inferiori et superiori letificaret irriguo.

Hoc est invia quidem côpia me(134[a])ritorum et redundantia premiorum in patria, tabernaculum suum in ejus corde sanctificavit Altissimus, scilicet Deus Pater, cui, teste beato Gregorio, ‚ab ipso fuit infantie tempore dedicata‘. Deus etiam, videlicet Filius, in medio ejus se habitare monstravit, quando venerabilis Benedictus tanti inhabitatoris imperium inopinata celi concussione coactus est experiri, quia enim, inquit, Deus in medio ejus, idcirco tanto possessore secura, choruscationum terrore non commovebitur expavescens, sed celi serenitatem fragore terrifico potius commovebit. adjuvit insuper eam Deus, hoc est Spiritus Sanctus, mane diluculo. adjuvit, inquam, ut ardua celi de hac lacrimarum valle suo ascendere posset auxilio, quo per se humana fragilitas non ascendit, nisi suffragio Sancti Spiritus elevetur, per quem Pater trahit ad Filium, ubi Christus est in dextera Dei sedens. trahit etenim Pater, trahit per Spiritum Sanctum, trahit ad Filium, cui dicitur a dilecta: ‚trahe me post te, quia suspiro quidem ad te, anxia desiderio, sed quoniam ‚Altissimum posuisti refugium tuum‘, ad te venire ipsa carnei ponderis gravitate prohibeor, nisi me et mei corporis onere relabentem virtute tui Spiritus post me trahas.‘ Deus ergo Spiritus Sanctus eam adjuvit, quando alas sibi gemine tribuit caritatis, quarum adjuta remigio ascensiones in corde suo disponeret, in (134[b]) valle adhuc posita lacrimarum, donec perfectis plumata virtutibus de nidulo militantis ecclesie subvolaret in montem et culmina triumphantis, de quo, cum ad memoriam sui sanctissimi transitus ventum fuerit, latius prosequemur, nunc interim, quod ostendere cepimus, percurrentes.

Tabernaculum igitur in Scholastica sibi gratissimum Deus Pater vere sanctificavit, sibi eam ab infantia dedicando. Filius ejus, scilicet Deus, in medio ejus se habitare testatus est, celi nullatenus eam collisionibus commoveri permittens, sed celum potius commovens propter eam. Spiritus Sanctus eam prorsus adjuvit, ne in via deficeret, sed in montana celi cum festina-

3 Josua 15, 17. Judic. 1, 15. 6 Migne 66, 194 A. 10 ff. Migne 66, 194 C. 13 Psalm. 45, 6. 15 Migne 66, 196 C. 20 Joann. 6, 45. — Cant. 1, 3. 21 Psalm. 90, 9. 26 Job 29, 18. 36 Luc. 1, 39.

tione conscenderet cum Maria, cum domina scilicet famula spiritalis, discipula cum magistra virtutum, pedissequa cum regina celesti, Christi sponsa cum socru, filia virgo cum virgine genitrice. sane ut super hanc humilem et mansuetam et ad sermones Dei trementem requievisse Spiritus Domini manifestius declaretur, ipse Spiritus septiformis septem eam privilegiis insignivit, quibus evidenter apparet eundem Spiritum eam se quodammodo specialius designasse, cum diceret per psalmistam: ,hec requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam (134c) elegi eam.' ,hec', inquam, ,requies in seculum seculi propter veram humilitatem, que nullis superbie me timoris tumultibus inquietat. hic habitabo propter virginitatis integritatem, que nullis lascivie petulantieque pruritibus me de corpore suo repellit aut effugat, qui non habito in corpore subdito peccatis. quoniam elegi eam propter inextinguibilem caritatem, que sola electos a reprobis incommunicabili singularitate distinguit et segregat'. requiem itaque Deo in ea non ficta preparavit humilitas, quem inquietat elatio. habitatorem Deum meretur integritas, quem fugat fetens et prurulenta corruptio. Deo dilectam et eligibilem efficit sola caritas, sine qua nullus electorum poterit aggregari collegio.

Nunc septem sigilla monstremus, quibus hunc librum digitus Dei signaverit, quem per semetipsum scripserit intus et foris, ut mulier hec innupta et virgo, que sunt Domini, cogitans, ut corpore sancta esset et spiritu. hic septenarius sigillorum tali consideratione distinguitur, ut primum quidem sit, de quo ante jam diximus, quod eam Spiritus Sanctus innotescere voluit, tam fide digni testis atque scriptoris eloquio, cujus, ut dictum est, testimo(134d)nio nulla potest exceptione repelli. et porro secundum est, quo ipso eam sui nominis voluit karakterizare presagio, per quod, qualis et quanta futura esset, quasi quodam titulo legi posset pariter et intelligi. ad tertium, quod eam gaudere concessit fratre tam glorioso, quatenus et soror in fratre, ac frater in sorore, reciproca similitudine posset agnosci. ceterum quoniam aliquit de quarto jam diximus, videlicet de proposito sanctitatis, mature quidem incepto et lau-

4 Judith 9, 16. Isai. 66, 2. 9 Psalm. 131, 14. 22 Apok. 5, 1. 28 u. S. 91, 10 = Gregor.

dabili continuatione completo. ad quintum jam veniat cursus stili. et hoc quidem in miraculo demonstratur et signo, quod Dominus temptatoribus denegavit, qui temptantes signum de celo petebant ostendi. sextum autem adtenditur in transitu tam beato, quo ‚in columbe specie visa est penetrare secreta celi'. septimum vero perpenditur in beate sepulture consortio, quo germana fratri non impar, pari meruit et eodem tumulo cohumari.

Verum quia, ut supra diximus, jam pro parte, ut jam dictum est de scriptore magnifico, de secundo, hoc est de nomine, aliquit prosequamur; quod nimirum future in ea perfectionis quedam fuisse dinoscitur prophetia. quomodo namque convenientius quam Scholastica vocaretur, que (135[a]) ab ipsa infantia frequentaverat ejus scolas, de quo Anna, illa postulatrix, imperatrix et genitrix Samuelis in cantico suo, ‚Deus', inquit, ‚scientiarum dominus est et ipsi preparantur cogitationes', non verbose argumentationes vocum sophisticarum hujus scholastici, qui alumpnos apostolos in monte docebat! Scholastica istas scolas elegit, a fratre non discrepans, qui et ipse puerulus discipulatum Christi preposuit Donati, Aristotilis et Quintiliani gymnasio. vide ergo Scolasticam ex re nomen habentem: in scola virtutum bonitatem et disciplinam et scientiam a magistro optimo ab infantia didicisse, cujus artes verissime liberales sunt, non solum ab ignorantia, sed a vitiis et malitia liberantes. a quibus hanc scole sue Scholasticam et discipulam veritatis ipsa Veritas integerrime liberavit, spiritu illam jam adimplens, de quo apostolus: ‚ubi Spiritus', inquit, ‚Dei, ibi libertas'.

Hujus magistri *grammaticam* ista Scholastica didicerat, non in vocum congruitate, sed morum omne vitiorum incongruum reprobans et declinans. *dialecticam* Christi perceperat adeo, ut non solum discipula veritatis, sed et magistra multarum sequacium fieri mereretur, illius falsitate devicta, ‚qui in veritate non stetit'. monstravit ejus in se ipsa (135[b]) *rethoricam*, non in fuco verborum, sed in virtutum ornatu, unde et decorem suum celi rex concupivit. *astrorum* quoque *peritiam*

---

2 Matth. 16, 1 etc. 6 ff. Migne 66, 196 C. 15 1 Reg. 2, 3.
19 Gregor, Vita S. Benedicti, Prolog zum zweiten Buch der Dialoge bei Migne 66, 126 A: — Romae liberalibus litterarum studiis traditus fuerat.
27 2 Cor. 3, 17. 32 Joann. 8, 44.

salutarem taliter est edocta, ut non curiosa mathematicorum investigatione stellas erraticas sive fixas scrutari studuerit, sed inter illa potius astra meruerit rutilare, de quibus ad Job Dominus loquitur: ‚ubi eras, cum me laudarent simul astra matutina et jubilarent omnes filii Dei?‘ *geometriam* Christi discipula usque adeo didicit ab eodem, ut ‚in caritate radicata et fundata‘ verissime in se ipsa jam comprehenderit, quasi cum omnibus sanctis, ‚que sit longitudo, latitudo et sublimitas et profundum‘. Christi etiam *arismetice* peritissima jam audivit, immo et vidit numerum signatorum. ipsa quoque annumerata signatis centum XLIIII milibus sequentibus, quocumque ierit, agnum Dei, qui virgines permanserunt. postremo, quid de *musica* sua dicemus, cum inter angelicas armonias eterno illo jubilo symphonizet, de quo Job dicit: ‚concentum celi dormire quis faciet?‘ ubi Trinitatis et unitatis glorie sempiterne Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth inter Cherubin et (135[c]) Seraphim jugiter citharizat et concinit. harum artium Christi discipula Scholastica non tam scientiam, quam et eternam experientiam meruit adipisci, in quibus sanctimonialium omnium sagacissima fieri meruit informatrix, ut congrue nimis de illa illud sapientis intelligatur: ‚generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei, sed et Dominus omnium dilexit eam, doctrix enim est discipline Domini.‘

In quorum verborum ordine sigillorum, que diximus, tria potes perpendere, si advertis. dicens enim, quod, qui contubernium habet Dei, generositatem illius glorificat, utique scriptorem Scholastice familiarem, illum dominum Gregorium, satis expressit, qui Dei contubernium habuisse omnino non dubitatur, ut satis ostensum est in jam dictis. qui nimirum generositatem Scholastice glorificavit, cum diceret de germano, quod ‚ex liberiori genere fuerit procreatus,‘ quod dedit intelligi nichilominus de sorore. ecce nota scriptoris. consequenter autem de sanctitate conversationis adjunxit, dicens: ‚sed et Dominus omnium dilexit eam,‘ qui juxta prophetam ‚justus ipse justitias dilexit semper in suis‘. verum presagio nominis et effectum subjecit: ‚doctrix est enim disci(135[d])pline Dei‘, quam scilicet

4 Job 38, 7. 6 Ephes. 3, 17. 8 Ephes. 3, 18. 9 Apok. 14, 4. 14 Job 38, 37. 16 Apok. 4, 8. 21 Sap. 8, 3 f. 29 Migne 66, 126 A. 33 vgl. Migne 66, 196 B. 34 Psalm. 10, 8.

omni studio didicit, disciplinam mundi ejusque scientiam scienter cum fratre despiciens. ecce sigilla tria eo juvante jam solvimus, ,qui clausit et nemo aperuit, et nemo claudit,' cujus auxilio confidentes solvamus et reliqua.

Tertium, sicut dictum est, fuit germanitas tanti fratris. non enim pro minimo reputandum est, Benedicti fuisse sororem, presertim cum gratia Dei fuerit Benedictus et nomine, nam tantum nomine parum erat, nisi nominis veritas firmaretur ex gratia, et meritorium, gratia vero nomine signaretur, ut simul advertas Benedicti sororem non potuisse fuisse non benedictam. nam Benedictus in exuberantia, quam Deus effuderat in germanum, germanam utique non transivit, maxime cum non taceat hoc beatus ipse Gregorius, dicens, ,eos per sacre vite colloquia sese relatione vicaria satiasse'. in quo aperte monstratur, quod spiritalibus epulis non solum Benedictus satiavit ore sacro Scholasticam, sed et Scholastica Benedictum. nam ,promptuaria eorum plena eructavit ex hoc in illud', benedictionis utique plenitudinem, quam acceperant, communicatione sibi mutua refuderunt. vides benedictione non caruisse, immo benedictione fuisse plenissimam, a qua plenus benedictionibus Benedictus aliquid etiam (136[a]), unde satiaretur, accepit. sigillum quartum, quod conversationem diximus sanctitatis, principaliter in tribus adtende, quamvis in eo satis habunde monstretur, quod ab infantie tempore Domino fuerit dedicata, templi more videlicet, in quo ,acceptat Deus sacrificium justitie, oblationes et holocausta et vitulos'.

Ceterum hanc vite mirabilem sanctitatem tribus signis breviario quodam usus beatus Gregorius comprehendit. in moderatione videlicet fratrem carissimum visitandi, ad quem semel tantum in anno venire consuevit, quod quedam religiose temporis nostri non servant, que, non dico ad fratres, sed etiam ad non valde propinquos, immo ad extraneos, etiam totiens in septimana dierum excursitant, quod in anno sufficeret, immo quotiens ista sancta Scholastica fratrem in septimana non visitavit annorum et annorum. secundo sanctitatem ejus in causa

---

1 Migne 66, 126 A: despectis itaque litterarum studiis —. 3 Isai. 22, 22. Apok. 3, 7 f. 13 Migne 66, 196 A. 16 Psalm. 143, 13. 25 Psalm. 50, 21. 28 Migne 66, 194 B.

visitationis adverte: nam ad laudes Dei et edificationem vicariam convenerunt. non sic quedam, non sic, sed vel ad inutiles fabulas vel ad colloquia vana lascivie petulantis, quibus carnis ardor acrius incalescat et ferveat, congregantur, seu, quod deterius et, ut venenata detractione innocentiam mordeant proximorum, vel leve delictum verbis exaggerent et propalent festucam videntes in a(136^{b})liis, trabem oculi proprii non videntes. Christi vero discipula, de qua loquimur, cum fratre sanctissimo, quem rarissime visitavit, tempus perbreve, quo simul erant, totum tamen in laude Dei consumpsit et gloria, vel in verbis edificantibus animas benedictas. adtende jam signum tertium sanctitatis, in quo unius moris in domo Domini habitasse Benedictum atque Scholasticam poteris experiri. raro conveniunt, in laude Dei et edificatione mutua ipsum tempus expenditur, ut jam patuit. nunquam secum frater sororque pernoctant, nunquam germana virgo sine fratribus a solo fratre videtur, nunquam etiam pernoctandi solatium a germano Scholastica requisivit, nisi tunc tandem, quando jam erat in triduo de hoc seculo migratura.

‚Tunc demum queso te', ait ad fratrem, ‚ne ista nocte me deseras'. et ne carnalis germanitatis eam putes quesisse solatium, adtende, quid addat: ‚ut usque mane de celestis vite gaudiis loquamur'. o pia petitio! non enim inquit: ‚mane', ut aliquid susurremus, provocans ad chachinnos, non ut comedamus pariter et bibamus, sed ut aliquit, inquit, ‚de celestis vite gaudiis usque mane loquamur'. quid est, dilecta, quod dicis? (136^{c}) numquit sompnum nox non requirit? numquit dormitionis oblita es? utique. nam diu ante cupiens dissolvi et esse cum Christo, desiderio ejus anhelabas, amore jam pervigil, anxia dilatione dormire non sustines. denique jam ‚venit hora, ut transeas ex hoc mundo ad Patrem'. sed jam more omnis inpatiens, tribus tantum noctibus pena tibi est a sponso tuo differri, et ideo tantopere cum sponsi amico de sponso confabulari desideras, ‚donec aspiret dies', ut in ejus amplexus et thalamum traducaris. nonne aliis verbis Scholastica dixisse videtur illud sponse, moram ulterius nec non ferentis et ideo dicentis

1 Migne 66, 194 B. 6 Matth. 7, 3 etc. 20 ff. Migne 66, 194 B. 28 Philipp. 1, 23. 30 Joann. 13, 1. 34 Cant. 2, 17.

in Cantico canticorum: ‚fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo‘. langueo, inquit, amore, affligit me etiam noctium trium absentia. pena est mihi quantulacunque dilatio, et idcirco floribus, a Benedicto scilicet et ejus sanctis discipulis, quero fulciri et malis stipari quibusdam, hoc est, colloquiis gaudiorum eternalium, inter que ‚sub umbra illius, quem desideravi‘ jam jamque sessura et ‚fructus ejus gutture ructatura dulcissimo‘ prelibare interim eos quadam exopto pregustatione colloquiorum (136[d]), eo videlicet, qui vir desideriorum est penitus eorundem.

Sane ut hujus affectus eam tunc fuisse non dubites, nunquam antehac hoc petivit, ut frater secum maneret nocte. propter quod et ille ad petitionis insolite novitatem velut indignans obstupuit dicens: ‚quid est, quod loqueris, soror? manere extra cellam nullatenus possum.‘ ecce sigillum quartum, quomodo valuimus, solvimus. videamus nunc ea, que restant. in quinto itaque doctor aliorum venerabilis et magister Scholastice discipule, Christi discipulus invenitur. siquidem cum preces sororis tamquam ex levitate feminea reputasset aut ex carnali affectu prolatas et ideo rigore illas solito repulisset, miraculi mox virtute docetur feminam sanctam aliquid commune posse habere cum Petro, quam tamquam celi clavigeram prepotentem fulguribus insperatis et imbribus celum subito aperuisse miratus obstupuit, et tempestates et grandines violentas, quales Moises quondam virga induxit, ut Pharaonis duritia frangeretur, hanc virginem induxisse, similiter non quidem virga, sed lingua virginea, ut âdamas Benedictus et animi sui severitas molliretur et rigor. vide, cujus jam sit hec femina potestatis in celo, que adhuc in mundo detenta, ne dicam oratione, voluntate so(137[a])lum orandi, operit celum nubibus et parat terre pluviam, verbo citius celi serenitatem involvens horroribus tempestatis. non enim in celis ista potestas inminuta est, sed adaucta, ubi in potentias Domini plenius introivit.

Sigilli sexti solutionem in ejus transitu facimus glorioso, in quo eam rex glorie, Spiritus Sanctus, glorificare decrevit, dum in ea speciem illam duxit ad celum, in qua ipse se ipsum

---

1 Cant. 2, 5. 6 Cant. 2, 3. 7 Cant. 2, 3. 11 ff. Migne 66, 194 B C. 25 Exod. 9, 18 ff. 34 ff. Migne 66, 196 C.

in Domini Christi baptismate ostendere dignabatur, in specie columbe videlicet, ipsam voluntati sue omnino conformem fuisse declarans, simplicitate ac mansuetudine mentis et spiritus penitus columbinam. vere igitur Christi columba in specie columbe pulchre transit ad Christum, que continuo desiderio ab infantia sua clamaverat voce cordis: ‚quis dabit mihi pennas sicut columbe, et volabo et requiescam?‘ hec est illa columba Noë, que in mundi diluvio luculento, ubi pes affectus sui requiesceret, non inveniens, sed despiciens cenum carnis, ad archam celi revolatura ibi verum Noë, qui interpretatur ‚requies‘, id est Christum, agnovit, columbe pennas optavit et impetravit ab eo. pennas, inquit, virtutum innumerarum, alis gemine ca(137[b])-ritatis innexas et, ut dictum est beati Gregorii, deargentatas eloquio, quarum velocitate mirifica insidias infernalis accipitris prorsus evadens nichilque experiens lesionis, ad nidum dominici sinus fenestrasque celestes integerrima revolavit. pulchram hic trium vide convenientiam. Spiritus Domini ductor ejus super Christum juxta fluenta Jordanis et tandem super Gregorium, virginis descriptorem, in ea se specie demonstravit, in qua Christo dilectam deducendam decrevit ad Christum, ut auctor hujus transitus tam beati simul et scriptor cum migrante Scholastica commune habere aliquid videretur, ut vere simplicitatis altissimus inspirator et instructor ejusdem egregius virgoque, cultrix insignis simplicitatis et innocentie, illi quidem videretur et in specie columbina super doctorem illustrem columba celitus appareret; hec vero, de qua ille illius inspiratione scripturus erat, in eadem ad celum specie transferretur.

Septimum tandem sigillum et ultimum videamus, quod quidem beatam diximus sepulturam, qua soror utique benedicta Benedicto fratri conjungi promeruit, ut (137[c]) sepulchrum quoque conjungeret morte carnis incineratos, quos de pulvere Dominus excitatos pariter voluit inveniri, ut unîus tumuli demonstraret indivisa communitas societatem etiam individuam eternalium gaudiorum in eis, quos eadem fides et vita vere fecit, immo monstravit esse germanos.

Hec est igitur illa Maria, que soror alterius Moisi, beati Benedicti videlicet, legis nostre latoris, hujus mundi mari per-

6 Psalm. 54, 7. — Genes. 8, 8 ff. 10 z. B. Isidor bei Migne 82, 276.
12 Psalm. 67, 14. 28 ff. Migne 66, 196 C. 36 ff. Exod. 15, 20 f.

transito omnes Egyptios metus in carne sua mortificans, sanctimonialibus omnibus sumpto castitatis tympano precorizat sexu femineo, precôncinens sanctimonie canticum speciale, quod frater viris et scripto et exemplo precinit. sequamur igitur, fratres, patrem et amitam, sequamur femine sancte matrem pariter et avunculum, et amborum pio ducatu terram eterne promissionis introeamus, prestante Domino nostro Jhesu Christo, qui vivit et regnat in secula seculorum Amen.

Im folgenden drucke ich drei Stücke aus der zweiten Serie von Bertholds Predigten der Baumgartenberger Handschrift ab, und zwar aus dem Rusticanus de Communi, diesen füge ich so viel von den deutschen Texten in den Anmerkungen bei, als mir nötig scheint, um die Ableitung dieser aus jenen verständlich werden zu lassen.

Nr. 85. (87[a]) *De septem generibus peccatorum* = Pfeiffer-Strobl 1 (Nr. XIV), 196—210 = Sermones Speciales Nr. 25. Fili hominis, assume tibi carmen lugubre super omnem multi-

---

17 f. Ezech. 32, 15—32.

Zu 15 ff. vgl. Pfeiffer 1, 204, 4 (nachdem die *historia* berichtet ist): Phârâô bezeichent uns den tiuvel. sô bezeichent die siben fürsten die siben hôhe sünder. die sint sô grôz und sô hôch über alle sünder, reht als ein grôzer hôher berc wider einem mülsteine: alse grôz sint die selben siben sünder über alle die sünder, die diu werlt ie gewan. unde wæren sie dan noch grœzer niht, sô krœnten sie den tiuvel sô hôhe niht. unde jene siben fürsten, die dem künige Phârâône nâch volgeten, dar umbe ertrunken sie an des meres grunde, und alle, die dem tiuvel nâch volgent mit disen siben sünden, die müezent iemer êwiclîchen mit im sîn versunken an dem hellegrunde. unde die selben siben fürsten die hiezen alsô: ir hiez einer Assur, Etham, Elam, Mosach, Tubal, Principes Aquilonis et Sydonia.

Assur, qui interpretatur ein forst. verstêt ir mîn tiutsche? ez ist als vil gesprochen der name Assur als ein walt oder ein forst, und ist dâ bî bezeichent einer leie sünder, die sich dem walde gelîchent mit der sünde. — als ob ein mensche eine tœtlîche sünde tuot, der minnesten eine, die diu werlt hât, sô muoz er iemer dâ ze helle brinnen. tuot aber er der selben sünden zwô, sô wirt die sünde zwîvalt und ouch diu martel dâ ze helle. tuot er sie drîzicstunt, sô wirt diu martel drîzicstunt grœzer; ie maniger leie sünde, ie manicvalter martel. wande daz ein houbetsünde ist, swenne ein ledic man bî einem ledigen wîbe lît, und als ofte er bî ir lît, sô hât er ouch ein houbetsünde getân. als ofte als dû dînen ebenkristen schiltest oder im fluochest oder haz oder nît ûf in hâst; als ofte als dû dich überizzest oder

tudinem populi, qui descendit in profundum laci; ibi Assur et Elam et principes Aquilonis; ibi principes Sodomorum et Thubal et Moloch et Ydumea. Nota: inter omnes morientes in peccato mortali maxime gaudet diabolus super septem genera peccatorum, qui profundissime descendunt ad infernum. de quibus dicit Dominus ad Ezechielem: ‚Fili hominis (87[b]) etc.‘ dic ergo de primis, id est *Assur*, quod interpretatur ‚nemus‘ vel ‚lucus‘, et significat illos, qui non fecerunt unum peccatum, sed fecerunt sibi nemus diversorum peccatorum, delinquentes sub omni ligno frondoso, sed plus et minus alii nemus, alii lucum exstruentes, ut magis ardeant. immo quidam tot mortalia commiserunt, et in illis quasi in nemore spatiantur et obumbrantur. unde bene conqueritur ab eis: ‚quod nomen tibi est?‘ respondit: ‚legio, quia multi sumus‘. owe, quam crudeliter isti ardebunt in secula seculorum! enumera nemus peccatorum: scilicet superbia, ira, invidia, accidia, luxuria, ebrietas ex consuetudine etc.

Sequitur *Elam*, quod interpretatur ‚superliminare‘, et id significat illos, qui singularia peccata committunt, non solum

---

übertrinkest, oder swelher leie ez ist, daz eht houbetsünde sint, dâ krœnest dû den tiuvel mite. unde swenne ein mensche, ez sî man oder wîp, den tiuvel krœnet aller tegelîche mit einer houbetsünde oder mit zwein oder mit drin oder mit zehen oder vil lîhte noch mêr houbetsünden, die er hât getân, nû seht, wie vil der sünden werde inner vierzic jâren oder fünfzic oder sehzic jâren! der daz rehte welle merken, der sünden wirt mêr danne böume oder walt este haben. unde dâ von bezeichent die selben sünde einen walt oder einen vorst: wan ie maniger sünde, ie tiefer helle, wan got wære anders niht ein rehter rihter. — wer danne frôwer danne der tiuvel, sô in der fürsten einer krœnende wirt an dem grunde der helle?

10 statt *lucum* hat die Hs. *lanam*. 11 *tot* aus *os* korrigiert.

13 Marc. 5, 9. 17 *et ydcos significat scilicet illos* Hs. 18 vgl. Ezech. 32, 7.

Zu 18 ff. vgl. 205, 16: *Elam interpretatur superliminaria*, daz ist als vil gesprochen als ein übertüre. daz sint alle, die sô getâne sünde tuont, die sô grôz sint über ander sünde, daz sie rehte ane stôzent —. daz sint ôbrecher unde die in dem hôhesten banne sint, daz sind meineider unde die verzwîvelnt unde die zouber mit gotes lîchnamen trîbent unde die einer megede ir magettuom dâ nement unde die bî gewihten liuten dâ ligent unde mit in sündent unde sich lâzent betasten mit der hende, dâ mite man der megede sun handelt. — daz sint alle, die bî den liuten ligent unde mit in sündent, ez sîn frouwen- oder mannesnamen, die orden hânt in klœstern. — daz ist diu verfluochteste sünde, diu niht namen hât —. und etelîche tuont sô getâniu dinc, daz sie nie mer dehein reinez dinc solten an grîfen —.

communia, sed singulariter excedentia, que incipiunt in lumine, id est, in consanguinitate, quod grave est dicere et audire. sagittavi sitientes sanguinem, sicut sanguisuge, homicide, que occidunt pueros suos proprios. sacerdos, qui peccavit cum muliere. item qui peccant cum monialibus. deviatrices, que faciunt incantationes cum corpore Domini, vel heretici. item qui desperant. item qui occulta peccata per se solos faci(87[c])unt, que nec nominari debent, que ipsum aerem polluunt. item qui faciunt talia peccata, que paganus nec Judeus faceret, scilicet cum matre, sorore, consanguinea, affini; inhoneste ex indebito modo contra naturam. nec ultra descendem ad specialem. hii auferunt Domino mille millia animarum. vide, quomodo isti cum tantis punientur, quia nec minus ardet, qui cum multis ardet. hii prius cruciabuntur et erunt inferiores in inferno, et ita atrociter cruciabuntur, ut illi in inferno cum mille mortalibus, qui tamen vellent mille necibus necari, ut unum de mille non fecissent.

Sequitur: et principes Aquilonis, per quos significantur principes terre et domini, qui volunt principari et dominari ab Aquilone usque ad Orientem, a Meridie usque ad Septentrionem, et judicant judicia injusta et justificant inpium pro munere et causa vidue non intrat ad eos. quibus dicitur: noli fieri judex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates. unde judices, qui justum judicium perverterunt cum senibus, qui dampnabant Susannam, condempnabuntur. exemplum de illo, quem diabolus adduxit.

Sequitur: et principes Sodomorum, qui interpretantur ‚venatores', et significant (87[d]) illos, qui nec equo nec sagitta

5 *deviatrices,* wohl: abseits lebend, von Hexen und Zauberweibern; nicht bei Du Cange. 21 Proverb. 17, 15 + Isai. 1, 23 + 5, 23. — Eccli. 7, 6. 22 Dan. 13, 2 ff.

Zu 17 ff. vgl. 208, 36: die sehsten sint Principes Aquilonis, die fürsten von Aquilône. — werltlîche rihter daz sint ouch der selben, die niht eine ze der helle varnt, wan sie vil sünden wol erwenten, ob sie rehte rihteten; wan vil sünden möhten wol erwenden geistlîche rihter unde werltlîche rihter. swenne die gereht wæren an ir gerihten, sô getörste nieman deheine sünde getuon, weder rouben noch wuochern noch êbrechen noch deheine ander sünde. — Zu 26 ff. vgl. 207, 25: daz sint jeger unde jegerinne des leidigen tiuvels. — daz sint die trüllerinne unde die trîberinne, die manige reine sêle verjagent ûz der hulde unsers herren; wan die behielten sich iemer wol unde reine, danne die selben triben. — ir bürger, ir soltet sie ûz der stat slahen, wan ir habet êrbære hûsfrouwen. unde tuot ir des niht, sô müget ir wol leidigen schric dâ von geleben.

possunt occidere, sed solo cane venatico, scilicet muliere aliqua vetula, per quam submittunt chlenodia, et puellas virgines et maritatas decipiunt diversis artibus. tales nequam multas student violare nec restringunt a libidinosa temptatione. nisi in castitate virginum inardescunt, sicut draco insidiatur castissimo elephanti, nisi restringeretur sanguine suo, propellit eum inter spinas. sic et isti pias mulierculas muneribus suis et divitiis suffocant. sicut lupus, cum unam ovem interficit, ei non sufficit, sed antequam illam comedat, omnes strangulat, sic istis non sufficit una, quia omnes corrumpunt, quas possunt. et ideo, qui rapiunt et decipiunt, multi ut lupi. unde rogo, ut caveatis vobis a vetulis mulieribus, a lenocinii, stupri consiliatricibus.

Sequitur ibi Moloch, quod interpretatur ,rete capientes', quia significant prelatos griseos, nigros, albos, prepositos, abbates, episcopos, decanos, qui quasi in sagena concludunt multos pisces exemplo malo et vita mala. maxime questuarii, qui multa promittunt et mentiuntur, et male expendunt et pessimum dant exemplum. nihil consulimus de illis, tamen elemosinam, que in se bona est, non prohibemus, sicut dicitur: desudet ele- (88[a]) mosina in manu tua, donec videas, cui des. non questuariis, qui deludunt et in usus sue superbie convertunt, ut victum pauperum sumant sine timore Domini. qui dupliciter peccant, quod aliena diripiunt et acceptis turpiter abutuntur. prelati ergo male vite et mali exempli multos subditos seducunt juxta illud: non Filius potest facere etc. hujusmodi. et sunt [sicut?] nobiles mutata [mutant?] castra, qui sunt sicut rex apum, qui quocunque vadit, apes secuntur eum: si vadit ad vas, ad campum, ad flores vel alias. sic homines nobilium, si nobiles sunt boni homines, secuntur

---

25 Joann. 5, 19.

Zu 13ff. vgl. 208, 36: daz sint alle, die prêlâten in klœstern sint und ir samenunge niht meisternt, die dâ tegelîchen sündent und in daz solten wern. unde swaz die gesündent, daz gêt ûf ir sêle. — 19: die heizent pfenninc-prediger —. und er giht, er habe von dem bâbeste den gewalt, daz er dir alle dîne sünde abe neme umbe einigen helbelinc oder einen heller. und er liuget, daz er dâ mite ledic sî gein gote, und er krœnet den tiuvel alle tage mit manic tûsent sêlen —. und ir sult in niht geben! wan swenne ir in niht gebent, sô müezent sie sich der trügenheit abe tuon. und alle die wîle und ir in gebet, sô verkoufet ir iuch in den êwigen tôt, unde sie ermordent iuch und verwîsent iuch von der rehten buoze, die der almehtige got geheiliget hât, alsô daz ir für baz niht büezen wellet.

eos. si autem mali sunt, pater et mater carnales caveant, ne per malam vitam et exemplum filios et filias trahant ad peccatum. hic narra de illo, qui fodit foveam et non cooperit eam. tu, domina, fodis foveam superbie ornatu. tu aliis peccatis manifestis, cooperias, ne aliquis sequens te cadat in eam, alioquin etc.

Sequitur ibi Tubal, quod interpretatur ‚condempnans universa', et significat hereticos, qui multos sua doctrina condempnant et subvertunt a veritate. unde supplico per Jhesum Christum, beatam virginem Mariam, omnes angelos et omnes sanctos, ut ipsos in angulis in domibus non audiatis. testes invoco in celo et in terra coram vobis, ita ut sitis inexcusabiles, ut tales et mulieres et laicos, mulieres que subtilia et dul(88[b])cia docent, non curetis. portant enim feces dogmatum suorum in angulis domorum, non ad solem, scilicet nos litteratos, qui fidem nostram in luce, id est, manifeste predicamus. unde, quia isti multos subvertunt, sicut comburuntur in corpore, sic et in anima cremantur in inferno foris et intus. ignis ita: aures, os, ossa, nervi, articuli fidei digiti et omnia ardeant in perpetuum more camini.

Sequitur septimum genus peccatorum, et quasi profundissime descendunt in profundum laci, id est, Ydumea, que interpretatur ‚sanguineus', et significat avaros, usurarios, raptores injustorum bonorum, quocunque nomine censentur. sub pallio

---

3 vielleicht Exod. 21, 33; vgl. Proverb. 26, 27 etc. 22 Proverb. 23, 7.

Zu 6 ff. vgl. 208, 34: die vierden daz sint ketzer, die ouch dem tiuvel manic tûsent sêlen bringent, daz ir niemer mèr rât wirt. — Zu 19 ff. vgl. 209, 9: die sibenden — daz sint die gîtîgen liute. — unde eht alle, die daz unrehte guot von dir erbent, die müezent êwiclîchen iemer mêr verlorn sîn. und wære, daz der êrste keiser her Julius niht danne ahte pfenninge unrehtes guotes hæte gehabt unde hæte sie danne dem næhsten keiser gelâzen, sînem nâchkomen hern Arrio, und alsô ie einer dem andern unz an den jungesten, der iemer keiser ze Rôme werden sol: die müesten alle êweclîchen iemer mêr verlorn sîn, niwan umb aht pfenninge, ob sie ez wizzentlîchen wisten. — jâ, als wâr daz ist, daz der himel ob uns ist, als wâr ist daz: swer von dem andern erbet ahte pfenninge unrehtes guotes, daz kint von dem vater oder bruoder von der swester oder swer er ist, der von dem andern erbet unrehtes guotes wizzentlîche aht pfenninge, der muoz êwiclîchen verdamnet sîn, und ie einez ûf daz ander hât geerbet und alsô unz ûf daz vierzigeste künne. ‚wê, bruoder Berhtolt, wie möhte daz geschehen iemer, daz ich umbe ahte pfenninge alse gar verlorn sî? ich füer ê über mêr und buozte alle die sünde, die ich ie getete.' jâ, daz wil ich dir sagen —.

ludentes modo conjectoris, qui sanguinem pauperum sugit, et ejicit de bonis, scilicet de partibus. et reges, quorum sanguinem canes et luti strutiones et dracones in inferno. ibi optabunt mortem et fugiet ab eis. quanti sunt isti et quot artes inveniuntur et quot dederint, non est modus, et uxores eorum, filii et cognati et nepotes usque ad quartam generationem, immo usque ad mille: omnes, qui sciunt et possunt et non restituunt, ad mille marcas usque ad sex denarios descendendo pueri omnes dampnabuntur. etiam si facerent claustrum aureum, monachorum officinas (88[c]) cypressinas, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. si Adam et Eva dimisissent octo denarios filiis suis, et sic per singulos scientes usque ad hodiernum diem, nisi restituerent, omnes dampnarentur. usurarie, Dominus monet te, ut sustineas propter penuriam, quam sustinuit in cruce. o quot introierunt usque in progenies patrum suorum et usque in eternum non videbunt lumen. hic respondeas hiis, qui dicunt: ‚si hec vera sunt, quo ergo patres nostri venerunt?‘ respondeo: quod infernus dilatavit os suum et sorbuit multos. unde Johannes: et vidi angelum descendentem ab ortu solis, clamantem voce magna: ve, ve, ve habitantibus in terra, id est, usurariis et in iniquitatibus quiescentibus ut Aaron in fecibus. o sacerdotes, qui potestatem accepistis in subditos tales, et non corrigitis eos nec audetis propter eadem vel majora, et ideo simulatis et blandimini, et eorum oblationes accipitis et de ecclesia fidelium turpiter eos non ejicitis, indignos in cimiterio tumulatis, qui sepultura asini essent sepeliendi! o flete super eos lacrimis sanguineis et clamate ad corda eorum verbo et exemplo, ut eripiantur ve triplici uxores, filii et generi. ve ergo primo, quia anima exuta statim cadit ad infernum ut plum (86[d])-bum, sicut audivit Johannes, lapides molares missi sunt in mare. secundo ve, quia multos tecum adducis tua usura et rapina, simonia et hujusmodi, quia primo propter necessitatem accomodabant a te et postea similiter tecum facti sunt usurarii. ve tertio propter multa bona, que obmisisti, et multa mala, que commisisti, propter multas animas, quas Deo rapuisti, immo,

1 conjectoris (*Hs.* correctoris), vgl. Du Cange 2, 205: Steuersammler. 2 Isai 13, 20. 15 Psalm 48, 20. 18 frei nach Isai. 5, 14. 19 Apoc. 8, 13, frei wiedergegeben. 21 vgl. Sophon. 1, 12. 30 Apoc. 18, 21.

90. (221^b) = Sanct. 106.

91. (224[a]) = Sanct. 109 (hier Assumptio, dort Infra Oct. Ass.).
92. (228[a]) = Sanct. 111 (diese und die folgenden drei Nummern hier In Octava Ass.).
93. (230[c]) Infra Octavam Ass. Beatam me dicent omnes generationes (Luc. 1, 48). Omnes generationes fidelium cujuscunque conditionis —.
94. (233[d]) = Sanct. 110.
95. (236[c]) = Sanct. 108.
96. (239[b]) = Sanct. 112.
97. (243[b]) = Sanct. 113.
98. (245[b]) = Sanct. 114.
99. (247[d]) = Sanct. 115.
100. (249[b]) = Sanct. 117.
101. (252[b]) = Sanct. 121.
102. (255[c]) = Sanct. 120. }
103. (256[d]) = Sanct. 120. }
104. (259[b]) = Sanct. 122.
105. (261[b]) Honestavit illum in laboribus (Sap. 10, 16). Cum Dominus omnipotens fecisset nobiles muros celestis Jherusalem triplices, id est, triplices ierarchias angelorum, licet nondum distinctas, Lucifer hos muros interrupit gravissime.
106. (263[b]) = Sanct. 124.
107. (265[c]) = Sanct. 1.
108. (268[b]) = Sanct. 2.
109. (271[a]) = Sanct. 4.
110. (273[a]) = Sanct. 3. Vgl. hier Nr. 55.
111. (275[d]) = Sanct. 5. }
112. (278[a]) = Sanct. 5. }
113. (280[b]) = Sanct. 7.
114. (282[c]) = Sanct. 9.
115. (284[c]) = Sanct. 8 (286[b] eine Lücke, in die hineingesetzt wurde: *nil deficit*).
116. (287[c]) = Sanct. 10.
117. (289[d]) = Sanct. 11.
118. (292[a]) = Sanct. 12.
119. (294[b]) = Sanct. 13.
120. (295[d]) = Sanct. 14.
121. (299[a]) = Sanct. 15.
122. (301[d]) = Sanct. 16. }
123. (305[d]) = Sanct. 16. }
124. (308[c]) = Sanct. 17.
125. (311[d]) = Sanct. 18.
126. (314[b]) = Sanct. 19.
127. (317[a]) = Sanct. 20.

Im folgenden werden drei Stücke aus dieser Handschrift abgedruckt und durch gerade Klammern eingeschlossen, was von diesem Texte in der Fassung der Baumgartenberger Handschrift weggeblieben ist; kleinere Unterschiede der Wortgebung habe ich dabei nicht berücksichtigt. Die Stücke sind aus dem Anfang, der Mitte und dem Ende des Rusticanus de Sanctis entnommen, um dadurch zu bezeugen, daß zwischen den beiden Handschriften durch die ganze Sammlung hin dasselbe Verhält

nis obwaltet. Den Text der Leipziger Handschrift 498 habe ich mit dem des Wiener Kodex verglichen: die Überlieferung ist in beiden der Wesenheit nach identisch, doch variiert der Ausdruck und die Satzfolge im einzelnen nicht unselten.

Wiener Hs. 3735, Nr. 107 (265c) = Rusticanus de Sanctis Nr. 1 = Baumgartenberger Hs. Nr. 1 (5d). De nominibus officiorum angelorum, quomodo per hec nomina angeli nos vivere docent in ecclesia. ‚Factum est prelium magnum in celo etc.' habet Dominus duplicem familiam sibi omnino dilectam, videlicet angelorum in celis, hominum in terris. prima astitit Deo tota mente, cum dejiceret draconem et omnes angelos ejus de celis. (265d) secunda similiter preliatur in celo ecclesie contra eundem draconem et contra angelos ejus. [familiam autem utramque habet diversis officiis distinctam: hic in sancta Ecclesia quasi in claro celo habet hominum sibi dilectam familiam diversis officiis distinctam. nam alii illorum sunt religiosi, alii conjugati etc. alii mercatores etc. sicut et in cèlo in familia angelorum habet diversitatem officiorum: alii enim habent illa, alii ista officia, sic et inferiori celo in sancta Ecclesia angelis quandoque associandis.] hominum autem familiam Dominus tantum diligit, quod homo fieri voluit ad hoc, ut disciplinam curie celestis, quam angelos in celo docuerat, homines in terra edoceret, quatenus per hanc possent angelorum attingere societatem. Mat.: ‚erunt sicut angeli Dei', [id est, I Reg. XXX. d.: ‚bonus esto in conspectu meo sicut angelus Dei'.] huic discipline et scientie studiose nos intendere monet; quod si non fecerimus, graviter nobis irascetur. [Levit. XXVI. d.: ‚si nolueritis recipere disciplinam, ego percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gladium ultorem', non virgam ut in scolis grammatice. ergo ut consulit David in Psalmo]: ‚apprehendite disciplinam etc.' [Job XVII. d.: ‚cor eorum longe fecisti a disciplina, propterea non exaltabuntur'. Prov. III. g.: ‚ipse morietur, quia non habuit disciplinam et in multitudine stultitie sue ipse decipietur'. ideo monet Prov. VIII. b.]: ‚accipite disciplinam meam et non pecuniam, doctrinam magis quam thesaurum eligite'. [item Prov. IIIo:

8 Apok. 12, 7. 24 Matth. 22, 30. 25 1 Reg. 29, 6. 28 Levit. 26, 25. 31 Psalm. 2, 12. 32 Job 17, 4. 33 Prov. 5, 23. 35 Prov. 8, 10. 36 Prov. 4, 13.

(266[a]) ‚custodi disciplinam, quia illa est vita tua'. sed conqueritur de quibusdam Jerem. III° f.: ‚frustra percussi filios vestros, et disciplinam non receperunt'. item V° a.: ‚percussi eos post et renuerunt accipere disciplinam'. item XXVII. f.]: ‚duraverunt cervicem suam, ne audirent me et ne acciperent disciplinam'. non vult rex celestis nisi disciplinatos sibi in suo palatio assistere. Dan. I. b.: ‚ait rex preposito', id est angelo, ‚ut introduceret de filiis Israël et de semine regio pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma et eruditos omni sapientia, cautos scientia et doctos disciplina, et qui possent stare in palatio regis, [ut doceret eos litteram et linguam Chaldeorum'.] hanc tantum diligit in nobis, quod recedens a nobis principes et magistratus celi, id est angelos, qui nos ipsam docerent, nobis destinavit. Dan. IX. f.: ‚dicit angelus: nunc egressus sum, ut docerem te et intelligeres.' [X. e.: ‚veni, ut docerem te'.] docet nos autem quilibet ordo singularem disciplinam celestem nomine suo sive nomine officii sui. [primus ordo docet nos altam quandam disciplinam nomine officii sui sive nomine suo. secundus aliam, et sic de singulis novem ordinibus. quas disciplinas et celestes consuetudines, sicut ipsorum societatem diligimus et celestis glorie disciplinam, sic] omnes studiosius addiscamus.

Primus igitur ordo nomine officii (266[b]) sui docet nos habere et discere bonitatem quandam, valde Deo bene placentem et nobis plurimum utilem, [quam omnes discamus, si salvari cupimus, secundum quam etiam ipsi sunt denominati.] dicuntur autem angeli: ‚nuntii'; hoc est, ut in sancta Ecclesia quilibet fidelis a Deo sibi commissis [quasi angelus hiis, qui sibi committuntur,] nuntient et doceant bona communia et abstinere a malo. verbi gratia parentes doceant filios suos, domini, [sicut pater filium,] famulos, scilicet magister discipulos, scilicet abstinere a communibus malis, ut a ludo, luxuria, furto, [similiter potationibus, rixa, blasphemia] et hujusmodi, et facere communia bona, ut [ire ad ecclesiam,] orare, confiteri, jejunare suo tempore, [et divina venerari,] et similia. non tamen se intromittat subtilia docere de fide, [de incarnatione Christi, cum nesciant modum incarnationis ejus; de corpore Christi,] cum

---

2 Jerem. 2, 30. 3 Jerem. 5, 3. 4 Jerem. 17, 23. 7 Dan. 1, 3 f. 14 Dan. 9, 22. 15 Dan. 10, 14.

nesciant intelligere [verba Christi de tanto sacramento; de purgatorio, cum ex ruditate sua ignorent, quam expediens est esse purgatorium — sicut quidam stulti, quicquid suo sensu non capiunt, neminem hoc scire posse affirmant —; de clavibus commissis Petro, cum etiam nesciant, quod sint de corpore Domini; cum etiam nesciant, ubi verba ista legantur; de purgatorio, cum etiam nesciant, ubi Scriptura de hoc loquatur, et de ceteris hujusmodi:] qui igitur in populo salvari voluerit, non ambulet in magnis, neque in mirabilibus supra se, sed simpliciter commissis nuntiet communia bona, ut angeli inferiores.

Secundus autem ordo, qui dicitur ‚archangelorum‘, nomine suo nos docet, [ut simus archangeli, *erzengel.* hoc est, ut altiora bona (266[c]) faciamus. hoc est,] ut bona communia, que aliis dicimus, etiam exemplo ostendamus [in opere]. illud enim bonum, quod quis ostendit opere, apud omnes acceptius est, quam quod solo sermone. unde manus debet esse longior quam lingua. dicit enim Prosper: ‚bene loqui et male vivere nihil aliud est, quam se sua voce condempnare‘. quia, ut dicit Bernardus, De consideratione: ‚monstruosa res est lingua magniloqua et manus otiosa, sermo multus et fructus nullus. sicut enim monstruosa res esset linguam habere prolixissimam, ab ore dependentem, ut manus dependet a corpore, et manum intra humerum inclusam [et otiosam habere,] sic et monstruosum esset magna loqui nec minima operari‘. Numer. X. g.: ibi vidimus monstrua quedam. [Sap. XIX. c.: videntes mirabilia et monstra.]

Tertius autem ordo, qui secundum Gregorium dicitur ‚virtutes‘, [licet secundum Dyonisium ‚principatus‘ et e converso — sed quare hoc, jam nihil ad nos] — docent, [ut simus virtuosi sive] ut nos in virtutibus exerceamus. non enim sufficit homini et bona loqui et bona operari, nisi etiam studeat virtutibus intendere, quia, ut dicit Glosa super illud I. Cor. IIII. f.:

17 Die Sentenz kann als Prospers Eigentum gelten; sie ist von ihm in seinem Psalmenkommentar zu 102, 22 gebracht worden, dann in das Sentenzenbuch übergegangen, Nr. VI, und findet sich auch in der Überschrift zum 6. Epigramm (bei Migne 51, 287 B; 428 A; 501 A). 18 Migne 182, 750 C, 768 C; zu der ganzen Predigt sind lib. 5, cap. 4 und 5 De consideratione (bei Migne 182, 791 ff.) zu vergleichen. 24 Num. 13, 34. 25 Sap. 19, 8. 26 Gregor, Homil. in Evang. Nr. 34 bei Migne 76, 1246 ff.; Dionysius, De coelesti hierarchia, cap. 6 bei Migne 122, 1049 ff. 31 1 Cor. 4, 20; die *Glosa* ist hier die *Interlinearis*.

non in sermone est regnum Dei, sed in virtute; Glosa: id est, ‚non sermo humane sapientie, sed virtus est causa regni‘, ut videlicet homo intendat angelorum virtutibus, munditie castitatis, [pacis fraterne, gratiarum actiones pro beneficiis Deo sollerter reddere, obedientiam humiliter superioribus exhibere, firmiter] Deo per amorem inherere, congaudere justis, compati malis et hujusmodi, ut monet Psalmus: ponite corda vestra etc. [et (266[d]) Baruch III. c.: ‚disce, ubi sit virtus etc.‘ omnia enim opera sine virtute, qualiacunque et quantacunque, non sunt nisi ut pictura quedam respectu veritatis. magna est differentia inter picturam et veritatem. faciunt quidam, ut significatur III Reg. VI. f.: sculpsit in hostiis picturam Cherubim et palmarum species. magna differentia est inter veros Cherubim et depictos, sive palmas veras, fructus ferentes, et depictas. sic est inter opera de genere bonorum et veras virtutes. ideo dicit II R.: ‚querite Dominum et veritatem ejus‘. Bernardus: ‚melius est pallens aurum quam fulgens auricalcum‘. talia sine virtute opera sunt ut cadaver exanime, ut mulier infelix, omnes fetus suos parens mortuos.]

Quartus ‚potestates‘, ut videlicet potenter [sive potestative,] et non tepide [ac formidolose, diabolo et ejus] vitiis, [cum temptant,] resistamus. [II Paral. XVIII. g.: ‚confortamini et agite diligenter, et Dominus erit vobiscum in bonis‘, dicit Josaphat. Aggeus II. b.: ‚confortare, omnis populus terre, et facite, quoniam ego vobiscum‘.] I Mach. II. g.: ‚filii, confortamini et viriliter agite, quia gloriosi eritis‘. vere gloriosi, nam qui viriliter diabolo et vitiis resistit, plus in una pugna glorie acquirit, quam plurimi, qui debiliter, ut significatur II Reg. XXIII in Eleazaro, qui plus glorie meruit fortiter inimicis David resistendo, id est Christi, quam forsitan totus exercitus. [similiter de Semmaa. similiter de Sa(267[a])mpsone. simile de Hercule, qui, quoniam apud gentiles dicitur, duodecim victoriis prevaluisse, tantam gloriam adeptus est, quod per plurimos annos pro Deo habebatur.] et quia utile est [fortiter resistere,]

7 Psalm. 47, 14. 8 Baruch 3, 14. 12 3 Reg. 6, 32 ff. 16 vielmehr 1 Paral. 16, 11. — Eccli. 47, 20; die Bernardstelle finde ich nicht, sie wird aus einer der erweiterten handschriftlichen Fassungen von De consideratione stammen, vielleicht aus lib. 2, cap. 6. 22 2 Paral. 19, 11. 24 Agg. 2, 5. 25 1 Mach. 2, 64. 28 2 Reg. 23, 9. 31 2 Reg. 13, 3.

monet Ja. IIII. c.: ‚resistite diabolo, et fugiet a vobis‘. [I Pe. V. e.: ‚adversarius noster diabolus tanquam leo etc.‘] Bernardus: ‚libentius te insequitur adversarius fugientem, quam sustineat repugnantem‘. [Seneca: ‚perniciosior est hostis fugientibus‘. Job X°: ‚tigris periit‘ vel mirmicaleon. qui enim fortiter diabolo resistunt,] est eis formica; qui debiliter, est eis leo. ideo potestas diaboli non in temeritate ejus et jactantia, sed in tua est voluntate, quia dicit Psalm.: ‚terminum posuisti, quem non transgredientur‘.

Quintus ‚principatus‘, ut [simus super mundum principes, vel simus sicut] principes hujus mundi, quia vitia et parva contempnunt et magnis occupantur. Is. XXXII. a.: ‚princeps, que digna sunt principe, cogitabit‘. debent terrena vilia [reputari et contempni a nobis, ut vere sunt,] nam terra est vilius elementum [et est quasi hypocrita et deceptor,] ut est idolum, extra [se ostendens quoddam] pulchrum, intus vero omnino est immundum et infidelitate (besser *feditate* Baumgb.) plenum, ut sepulchrum dealbatum, [ut Judas et] ut Laban, qui dicitur ‚dealbatio‘, qui se benigne habuit ad generum suum, cum secum esset, sed cum ab eo recederet, ut legitur Gen. XXXI. d., persecutus est eum etc. et nota, quod idola sua quesivit in tabernaculo Jacob (267^b) et Lie et utriusque famule, et cum ibi non inveniret, perscrutabatur omne tentorium Rachel. nota quinque loca, in quibus inquisivit idola sua, id est injustas res. quinque enim sunt species rerum injustarum. [querit enim omnem speciem] rapine, [quasi in uno tabernaculo omnem speciem] usure, [quasi in secundo. si in primo nihil invenit de rebus injustis, in tertio] simonie, [in quarto] furti, [in quinto] subtractionem debiti beneficii. et nota sententiam Jacob ibidem, ubi dicitur: ‚quid furti me arguis? apud quemcunque inveneris deos tuos, necetur [coram fratribus.] scrutare, quicquid tuorum apud me inveneris, et aufer‘! si igitur nihil invenit, anima leta a mundo recedit; si vero aliquid apud quemcunque invenerit, idolum aliquod, eterna morte necabitur. unde monet Johannes: ‚custodite vos a simulacris‘, id est rebus injustis. de quibus Psalm.: ‚simulacra gentium argentum et aurum‘, quia, ut dicit

1 Jac. 4, 7. — 1 Petri 5, 8. 2 Bernard, Epistel 1, Abs. 13, bei Migne 182, 78 C. 4 Seneca, Quaestionum natural. 2, 59. 5 Job 4, 11. 8 Psalm. 103, 9. 12 Isai. 32, 8. 20 Gen. 31, 33 ff. 34 1 Joann. 5, 21. 36 Psalm. 113, 4.

Psalm.: ‚confundantur omnes, qui operantur iniquitatem etc.' sicut enim multos Dominus pro hoc peccato dampnavit infideles, sic et multos pro hoc dampat fideles. [Is. X. c.: ‚numquid non sicut feci Samarie et idolis ejus, sicut et faciam Jerusalem et simulacris ejus?' et ideo det Dominus, quod dicitur Is. II: ‚in illa die projiciet homo simulacra argenti sui et simulacra auri sui'.

Sextus, ‚dominationes', ut dominemur carni [et eam in servitutem redigamus]. sic faciunt omnes, qui Christi sunt. Gal.: ‚qui Christi sunt, carnem suam etc.' [unde etiam ‚vas electionis', id est, apostolus dicit] Cor. IX. g.: ‚castigo corpus meum etc.', [ne nimis lasciviat et luxurietur. est caro ut equus Chaij (267[c]), qui sibi delicate nutritur nec in laborem mittitur, luxuriat. simile de asino vel mulo.] Psalm.: ‚nolite fieri sicut equus et mulus'. simile de servo malo, qui, si non premitur, rebellis [domino suo] efficitur. Eccl. XXXIII: ‚cibaria et virga et onus asino, panis et disciplina et opus servo'. ibi: ‚laxa manus illi, et querit libertatem'. [ibi: ‚servum inclinant operationes assidue. servo malivolo tortura et compedes; mitte illum in operationem, ne vacet. multam enim malitiam docuit otiositas. in opere constitue eum, sic enim condecet illum. quod si non obaudierit, curva illum compedibus'. hec omnia de carne intelligenda sunt. caro enim est ut later, qui, quanto studiosius et pulchrius lavatur, tanto immundior et turpior efficitur. sic et caro, quanto delicatius nutritur,] et dignum est, ut castigetur, ne luxurietur; melius enim esset homini mori quam luxuriari. Dan. XIII: ‚melius est enim mihi absque opere incidere in manus vestras quam peccare in conspectu Dei'. vere melius, mors enim presens non durat nisi per momentum; mors vero, quam fornicando quis incurrit, durat in eternum. unde Gregorius

---

1 Psalm. 24, 4. Baumgartenb.: Psalm. 96, 7. 3 Isai. 10, 11. 6 Isai. 2, 20. 9 Galat. 5, 24. 10 Act. 9, 15. 11 1 Cor. 9, 27. 12 da *Chay* weder biblisch ist, noch aus *Keî* erklärt werden kann, nehme ich an, es sei aus *Bay* (Du Cange 1, 522 s. v. Bagius) verschrieben und beziehe sich auf das Roß *Bayard* (vgl. Proverb. 29, 21). Vielleicht ist aber die Sache doch einfacher und *Chaij* ist *Caji Caesaris*, denn von dessen Roß erzählt Solin (ed. Mommsen[2]) 174, 5 ff. nach Plinius 8, 155 und diese Notizen finden sich dann bei Isidor (Migne 82, 430 f.) und von da ab durch die Literatur bis Vinzenz von Beauvais, Spec. Naturale, lib. 18, cap. 48 ff. 14 Psalm. 21, 9. 16 Eccli. 33, 25—30. 27 Dan. 13, 23.

dicit: ,momentaneum est, quod delectat, sed eternum est, quod cruciat'. [unde monet apostolus Rom. XII: ,obsecro vos per misericordiam Dei etc.' quia, ut dicit Eccl. XI. f.: ,malitia unius hore'.]

Septimus, ,throni', ut se ipsum homo districte et judicet juste. hic, antequam veniat ad judicium Dei, [et se hic prius puniat, si in aliquo offendit. ideo Deus judicium super nos hic tradidit nobis ipsis, unde (267[d]), ut dicit Psalm.: ,beati, qui faciunt judicium etc.' quia, ut dicitur] Cor. XI. g.: ,quod si nosmetipsos judicaremus etc.' ideo in hoc judicio non est aliquatenus negligenter agendum, ut consuetudinis est quorundam, qui nihil judicant se vel puniunt, [quantumcunque] offendant, licet Dominus precipiat in Psalm.: ,recta judicate, filii hominum'. [Deut. XVI. g.: ,juste, quod justum est, persequeris'. quare etiam conqueritur Dominus in Is. LIX°: ,non est, qui judicet vere, sed confidunt in nihili et loquuntur vanitates'. contra illud Joh. VII. e.: ,justum judicium judicate'. immo quidam non se,] sed semper (*sepe* Baumgb.) alios judicant. contra illud Luc. VI. e.: ,nolite judicare'; [XII. g.: ,ypocrite, quid autem a vobis non judicatur, quod justum est'.] VI. e.: ,quid vides festucam'. non attendentes, [qui negligenter se judicant,] illud apostoli: ,horrendum est incidere etc.' tam horrendum, ut celum et terra, [quibus tamen non attinet,] contra illud judicium quasi horrendum concutiantur, et licet parum illud timeant stulti, [tamen tantum timendum est, quod] et sanctissimi [trepidanter illud] timuerunt. unde Job, [cui non fuit similis in terra, rogavit'.] quis mihi det etc.' [Osee: ,ingrediatur putredo etc.'] ideo districte judicia [et vindicta, quia, ut dicit Abd.: ,non punit Deus bis in idem'. ergo fac], ut David [post peccatum fecit], Za.: ,qui offendit ex eis, quasi David etc.'

Octavus, ,Cherubim', qui dicitur ,plenitudo scientie'. hoc est, [ut quis sit plenus scientia,] quoniam quilibet (268[a]) scire

1 Gregor, Expos. in Reg. I, lib. 5, cap. 3 bei Migne 79, 347 B. 2 Rom. 12, 1. 3 Eccli. 11, 29, 8 Psalm. 105, 3. 9 1 Cor. 11, 31. 13 Psalm. 57, 2. 14 Deut. 16, 20. 15 Isai. 59, 4. 17 Joann. 7, 24. 19 Luc. 6, 37. — Luc. 12, 57. 20 Luc. 6, 41. 22 Hebr. 10, 31. 26 Job 6, 8. 27 vielmehr Habac. 3, 16. 29 das Zitat des bekannten Juristenwortes ist jedesfalls falsch, denn der Satz ist unbiblisch und auch aus Abd. 15 nicht zu erschließen. 30 Zach. 12, 8.

tenetur. [est autem scientia, ut dicit Augustinus, certa comprehensio veritatis rei. item: ‚scientia apprehensio rerum infallibilium‘. duo autem infallibilia quemlibet scire oportet, [et si plura nesciat.] unum [quod fides sancte Ecclesie vera est, et] quidcunque communiter credit, quod hoc indubitanter verum est. [hoc enim volens pati pro nobis Christus nobis obtinuit, dicens Luc. XII. c.: ‚Simon, ego pro te rogavi etc.‘ ideo nullum dubium debet esse in fide.] Thi. IV.: ‚scio, cui credidi etc.‘ alterum, quod sciat, in quantum scire potest per se vel per alios sapientes, quod sit sine mortali peccato. bona cura fit, si nescit laicus legere ut grammaticus, disputare ut loycus, ornate loqui ut rethor, mensurare in altum, quantum teneat turris; in profundum, quantum fovea; ante et retro, quantum distet hoc ab alio, ut geometer; numerare sic vel sic ut arismeticus; intonare sic vel sic ut musicus; magnitudinem solis et lune, cursum firmamenti, dispositiones stellarum et hujusmodi ut astronimus; complexiones et naturas rerum ut naturalis et hujusmodi. bona cura fit de ejusmodi, hoc enim est de minimo, illa duo vere scire, est de maximo et omnium scientiarum optimum.] et alia omnia scire est scientia hominum, hec duo scire scientia sanctorum, [de qua dicitur Sap. X. d.: ‚dedit illi sanctorum scientiam etc.‘ Prov. IX. d.: ‚scientia sanctorum prudentia‘. vere prudentia, quia omnis scientia sine hac est stultitia et vanitas. Sap. XIII. a.: ‚vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia (268[b]) Dei‘. (Prov. XIX. a.: ubi non est scientia anime, non est bonum; Glosa: eternum. de hiis duobus dicit I. Thi. g.: ‚hoc preceptum commendo tibi, fili, ut milites in illis bonam militiam, habemus fidem et bonam conscientiam‘. hec duo faciunt bonum militem Christi.]

Nonus, ‚Seraphyn‘, ‚incendium‘ vel ‚ardor‘, ut homo totus ardeat in Dei dilectione, [quasi carbo ignis vel quasi ignis, Eze. I. c.: ‚similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium‘, ut amor Dei cor hominis totum penetret,] ita quod inordinatus amor aut odium nullum locum in eo habeant. [quod si habent, cum angelis societatem habebit,]

---

1 De Quant. animae cap. 26. 7 Luc. 22, 31 f. 8 2 Tim. 1, 12. 21 Sap. 10, 10. 22 Prov. 9, 10. 24 Sap. 13, 1. 25 Prov. 19, 2. 27 1 Tim. 1, 18. 32 Ezech. 1, 5.

oportet enim, ut quemlibet caritas ardens recto cursu ad celum deducat. IIII Reg. II. d.: ‚ecce currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque etc.‘ hic est ignis, de quo dicit [Levit. VI. c.: ‚ignis iste est perpetuus, qui nunquam deficiet.‘] Luc. XII.: ‚ignem veni etc.‘ [Psalm.: ‚qui facis angelos tuos.‘ Psalm.: ‚ignis ante ipsum etc.‘] qui igitur hec predicta duo discit in choris angelorum, hic cum eis societatem habebit [in celo, et quantum melius hec hic didicit, plus glorie cum eis in celo habebit.] hoc nobis. Amen.

Wiener Hs. Nr. 58 (151[d]) = Baumgartenberger Hs. Nr. 42 (44[a]) = Rust. de Sanct. Nr. 66. Georgii martiris. quare Deus bonos et malos permittat tribulari etc. ‚Stabunt justi in magna constantin adversus eos etc.‘ Sap. V. [Non mirum, si in judicio stabunt in magna constantia, ubi a nullo ledi possunt, cum hic in tanta constantia steterint coram tyrannis, a quibus tanta tormenta sustinuerunt, ut patet in beato Georgio, qui plurimis Christianis timore tormentorum in fide hesitantibus, ut de eo legitur, licet ejus legenda sit apocrifa, cum esset tribunus militum, ethnicos increpabat et fidem Christi publice predicabat.] notandum autem, quod omnes tam boni quam mali angustiantur et tribulantur. [Eccl. XL. a.: ‚occupatio magna creata est omnibus hominibus et jugum grave super filios Adam‘.] diversis autem de causis tribulantur, (152[a]) [sed pro aliis causis tribulat Dominus malos, pro aliis bonos.] malos, [plurimis aliis causis obmissis,] duabus de causis affligit. una est, ut [per tribulationem] convertantur, [sicut per illas plurimi sunt conversi.] Psalm.: ‚multiplicate sunt infirmitates eorum etc.‘ Osee II. e.: ‚ecce ego sepiam vias tuas spinis et sepiam eam maceria. et dicet: vadam et revertar ad virum meum priorem, quia bene erat mihi, tunc magis quam nunc‘. [Glosa: ‚providentie Dei sepe subtrahit nobis, quod cupimus, ut sic ad eum redire cogamur. in libro Judicum filii Israel oppressi malis sepe ad Deum clamabant, qui suscitavit eis salvatorem‘. huc usque Glosa. Luc. X. VIII.: ‚conpelle intrare‘. Eccl. XXXI. a.: ‚infirmitas

---

2 4 Reg. 2, 11. 4 Levit. 6, 13. 5 Luc. 12, 49. — Psalm. 103, 4. 6 Psalm. 96, 3. 13 Sap. 5, 1. 21 Eccli. 40, 1. 27 Psalm. 15, 4. 28 Osea 2, 6; dazu die Glossa Interlinearis. 34 Luc. 14, 24. — Eccli. 31, 2.

gravis sobriam facit animam'.] homo enim in tribulatione ad se revertitur aliquando et convertitur, ut filius prodigus. [de hoc multa habemus exempla in Scriptura. evidentissimum autem hujus] exemplum habemus in Paral. XXXIV. d., ubi legitur: ,Manasses, postquam coangustatus est, oravit Dominum Deum suum et egit penitentiam [valde coram Deo et obsecravit intente, et exaudivit Dominus orationem ejus reduxitque eum in Jerusalem in regnum suum et abstulit deos alienos etc.' precepitque Jude, ut serviret Domino Deo. et, ut dicit Josephus, ad hoc solum erat de cetero constitutus, ut gratias Deo pro dono salutis exsolveret. hec autem et ipse populum agere docuit. det nobis Dominus, ut hanc doctrinam ab ipso bene (152[b]) addiscamus.] simile [habemus in Luca in novo testamento] in latrone. qui, cum torqueretur in cruce, ad Dominum convertebatur, dicens: ,memento mei, Domine etc.' sic et adhuc multi. Is. XXVI. f.: ,Domine, in angustia quesierunt te'. Interlinearis: quasi diceret: ,percute eos, Domine', quia nisi in angustia non requirente. [unde sequitur: ,sicut que concepit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus'. Interlinearis: quasi sicut mulier appropinquans ad partum exclamat, sic nos in angustia requirimus te. Psalm.: ,cum occideret eos, querebant eum etc.' Psalm.: ,imple facies eorum ignominia'.]

Secunda causa tribulationis malorum est, ut, si per hanc non convertuntur, quod permittit [eos puniri et in ipsis tribulationibus] durare, ut ceteri saltem per hoc terreantur et emendentur, et ut hic incipiat istorum tormentum et sine fine perduret, ut patet in Herode in novo testamento, et in Pharaone in veteri. quorum uterque multipliciter hic punitus est, ut eorum penam hic Dominus inchoaret et nunquam terminaret. [nota de Pharaone, quam multipliciter punitus est.] nota similiter de Herode, quomodo [pro amore filiorum] parvulos occidit, postmodum duos filios suos, scilicet Alexandrum et Aristobolum occidit. postmodum, cum aliquamdiu ipsum Dominus ad penitentiam exspectasset, nec peniteret, sed potius mala malis

---

4 2 Paral. 33, 12. 9 Glossa Ord. bei Migne 113, 689 D. 15 Luc. 23, 42. 16 Isai. 26, 16 f. 21 Psalm. 77, 34. 22 Psalm. 82, 17. Baumgartenb. Psalm. 119, 1.

superadderet, ut dicit Josephus, [incepit merore ac morbo tabescere. hinc totum corpus ejus est morbo occupatum variis doloribus. (152[c]) nam febris quidem non mediocris erat, prurigo autem intolerabilis habebat omnem corporis superficiem assiduis autem colli tormentis, pedesque tanquam ex intercutaneo vitio tumuerunt. quando et inflatio ventricoli putredoque testiculorum vermiculos generans, ac preterea creber anhelitus et interrupta eum suspiria membrorum omnium contractio fatigabat. hiis omnibus tribulationibus non compungebatur, sed in ipsa morte nova peccata veteribus superaddit. nam cum desperata esset ejus salus, collectos cujuscunque vici viros ex omni Judea nobiliores in locum, cui nomen est Ypodromum, id est, in carcere circi concludi] precepit, et Salome sorore et Alexandro, marito ejus, vocatis dicit: ‚scio mortem meam festivis gaudiis celebraturos esse Judeos, [verum per alios lugeri potero et preclarissimos honores assequi sepulture, si, que precipio, feceritis. cum animam efflavero,] statim occidite viros, qui habentur in custodia, ut etiam invita omnis mater Judea omnisque domus illacrimet‘. sed aliter contigit, quia soror cum marito omnes absolutos remisit. [nota, quod cultellum poscens se ipsum nullo vidente percutere voluit, sed Acciabus, consobrinus ejus, manum ejus continuit. et audiens, quod filius suus Antipater de morte ejus gauderet, continuo satellitibus missis ipsum occidit.] et sic Herodes miserabiliter vitam finivit. [contra hujusmodi] monet Dominus: ‚attendite a fermento Phariseorum‘. [utique omnibus (152[d]) ab hoc fermento cavendum est, et talibus dicitur I. Reg. VI. b: ‚quod debetis, reddite pro peccato, et tunc curabimini. quare aggravatis corda vestra, sicut aggravavit Egyptus et Pharao cor suum?‘ talibus dicitur: ‚duplici contritione contere eos, Domine!‘ Psalm.: ‚induatur sicut dyploide etc.‘ Apok.: ‚date illi duplicia.‘ hoc contigit infinitis, licet scire nolunt, ita quod etiam omnes medici illos curare non possent, quod si a peccatis cessarent, de facili et citius curarentur. qui credit Scripture, credat et istud. hoc patet etiam in Saul, de quo dicit Josephus, quod quedam passiones et demonia eum repente

2 ff. nach der Historia Scholastica bei Migne 198, 1546 f., was auch ermöglichte, hier den Text zu berichtigen. 25 Luc. 12, 1. 27 1 Reg. 6, 3. 6. 29 Jerem. 17, 18. 30 Psalm. 108, 29: operiantur sicut diploide. 31 Apok. 18, 6: duplicate duplicia. 35 Hist. Scholast. bei Migne 198, 1310 f.

comprehenderunt, suffocantes et angustias ei inferentes, ita ut medici nullum ei salutis remedium invenirent.]

Permittit etiam bonos Dominus tribulari. [sed quare bonos, quos tantum diligit, Dominus torquere permittit? quod malos torquet, non mirum videtur, cum sint ejus inimici, et quisque potens inimicos suos angustiare et premere consuevit. quod vero bonos, qui sic fideliter sibi serviunt, qui sic intime eum diligunt et qui sunt filii ejus dilecti, sic tribulari permittit, hoc mirum videtur, cum melior debeat esse omni patre, et videmus patrem dilectum filium suum invite graviter torqueri. ad quod sciendum, quod fidelissime et optime agit Dominus dilectos filios suos multis tribulationibus exponendo pluribus] de causis, quarum duas tantum tangam.

Una est, ut [per tribulationes] a peccatis suis purgentur, [ut patet in David, Deo (153[a]) karissimo. sic et adhuc agit cum suis amicis dilectis. Zach. XII. e.: ,et erit, qui offenderit ex eis quasi David, et domus David quasi Dei, sicut angelus Domini in conspectu eorum'. et in hoc clementissime et] piissime agit, cum ex necessitate oporteat eum, qui peccavit, pro peccato puniri, aut crudelissime in futuro, [sive in purgatorio, sive in inferno;] aut leviter hic in presenti. Gregorius: ,nequaquam peccato pascitur etc.' et ideo Dominus hic suos punit leviter, ut gravissimas per hec in futuro evadant penas. [ideo monet Eccl. XXIX. f.: ,minimum pro magno placeat tibi et inproperium peregrinationis non audies']. ostendit Jeremie, [postquam populus peccaverat, in principio visionis sue Dominus duo:] primo virgam vigilantem et ollam succensam, [postmodum, quasi diceret: oportet peccatorem alterum pati. vel quod hic patiatur virgam, id est, aliquam levem penam, aut, si hanc hic non sustinet, projiciatur in ollam succensam. ideo omnem filium, quem diligit, flagellat virga, ut illum ignem evadat, benignus Pater et torquet hic infirmitate vel paupertate, et hujusmodi anno uno vel hujusmodi, ne in futuro amarissime LX vel LXX vel C seu mille annis ardeat in olla succensa, vel etiam in perpetuum in inferno.] ideo bene monet Eccl.: ,minimum pro magno placeat tibi', [cum omni sapiente, cui hoc placere debet,

16 Zach. 12, 8. 21 Moralia lib. 9, cap. 34 bei Migne 75, 889 B. 24. 35 Eccli. 29, 30. 25 Jerem. 1, 11 ff.

et cum David, qui dixit: ,virga tua gloriosa'. Augustini: virga dicitur disciplina, que est levis, et baculus tuus, ipsa me non afflixerunt, sed potius (153[b]) consolata sunt.] facit Deus ut bonus medicus dilecto amico, dans potionem aliquantulum amaram, ne durissimam acutam [vel ydropisim aut iliacam passionem aut acerbam] mortem incidat, [sed per hoc evadat. ideo patienter est sustinenda tribulatio presens. David in Psalmo: ,bonum mihi, quia afflictus sum']. Apok. III: ,ego, quos amo, arguo et castigo etc.' [ideo monet Hebr. XII: ,in disciplina perseverata etc.' est enim signum filiationis dilecte. Eccl. XXXIII. a.: ,qui diligit filium, assiduat ei flagellum'. Psalm.: ,Deus, tu propitius fuisti eis et ulciscens etc.'] sicut ejusmodo signum est alii, post peccatum hominem non corripere vel flagellare. Prov. XIII: ,qui parcit virge, odit filium'. [Interlinearis: non parcet in futuro, qui autem dilectum filium instanter erudit.] Jerem.: ,zelus meus recessit a te, ne ulciscar'. [hec maxima ira Dei est. Is. V. b.: ,non putabitur et non fodietur'. Interlinearis: cum peccaverit, non corripietur, ,et ascendent super eum vepres et spine'; Interlinearis: operietur multitudine peccatorum.]

Secunda causa est, ut premium eorum amplius multiplicetur. ad hoc enim [fimus fetidus super agrum ducitur, ut fructus uberiores proferat, sicut et] palmes ad hoc ipsum purgatur, [ut *hodie* legitur in evangelio] Joann. XIIII. q.: ,et omnem, qui fert fructum, purgabit, ut fructum plus afferat'. [tribulatio enim valde auget premium, in tantum, ut etiam in ea homini sit gaudendum teste Domino] Mat. III.: ,gaudete in illa die et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.' (153[c]) [item secundum Lucam VI. c.: ,merces multa est in celis'. ibi Interlinearis: multa patientibus in terris, multa merces erit in celis. Cor. I: ,unusquisque propriam mercedem accipiat secundum suum laborem'. et vere gaudendum, nam dicit Jacobus I. a.: ,omne gaudium existimate, fratres etc.' ex tribulatione enim multiplici cum patientia fit homo perfectus, hic in virtutibus,

1 frei nach Psalm. 22, 4. Augustinus, Enarratio bei Migne 36, 182. 8 Psalm. 118, 71 (humiliatus). — Apok. 3, 19. 9 Hebr. 12, 7. 11 Eccli. 30, 11. 12 Psalm. 98, 8. 14 Prov. 13, 24. 16 ganz frei, nicht nach Jerem. 5, 9. 29. 9, 9, sondern nach Ezech. 16, 42. 17 Isai. 5, 6. 24 Joann. 15, 2. 27 Matt. 5, 12. 29 Luc. 6, 23. 31 1 Cor. 3, 8. 33 Jacob. 1, 2 ff.

in futuro in premio. unde sequitur: ‚patientia opus perfectum habet, ut sitis perfecti et interim in nullo deficientes‘. quare et apostolus dixit Cor. XI.: ‚placeo mihi in tribulationibus etc.‘ Cor. VIII.: ‚in multo experimento tribulationibus habundantia gaudii ipsorum, id est Macedonum, fuit‘. Job XXXIX. e.: ‚exultat audacter, in occursum pergit armatis‘.] nec mirum, si gaudent in tribulatione magna, cum ex illa magna premia assequantur. [sicut enim camelus vel equus plus fert frumenti vel divitiarum quam mille formice, sic magna tribulatio plus glorie quam multe minime homini confert. ut patet in Ypolito, in Romano et hujuscemodi, qui magna pro Christo pertulerunt, et ex hiis plus glorie in paucis diebus quam plerique alii fideles in decem vel XX vel XL seu LX annis meruerunt;] sicut plures divitias ferunt due vel tres magne naves, quas *chiel* dicimus, quam XXX vel XL cimbe, [*zúllen*. et ideo, ut dicit Jac.: ‚omne gaudium existimate etc.‘] si igitur multa patientibus multa merces debetur in celis, quid glorie habebit Georgius, qui tam gravia et tam (153[d]) multiplicia pro Domino pertulisse legitur?

[De ipso enim scribitur, quod pro Christo in eculeo est suspensus, corpus ejus membratim est ungulis laniatum, lateribus ejus lampades applicate, ita ut interiora ejus viderentur. a quatuor carnificibus fustibus cedi crudeliter jussus est a Diocletiano. item per quatuor partes nervis extendi et carnes fustibus mulctari et sal spargi in vulneribus ejus. item jussit infigi ab intus et uncinis acutissimis et fustinulis avellere omnes nervos ejus, et cum malleo tundi caput ejus, donec per nares discurreret cerebrum ejus. et cantabat: tribulatio et angustia invenerunt me, et mandata sua meditatio mea est. item jussit eum cedi crudeliter in dorso plagis centum, et in ventre CCCC[is], post hec poni in rotam de gladiis factam, sed oratione ejus dirupta est rota et sanctus stabat incolumis. item jussit plumbum bulliens ori ejus infundi et ignitos clavos in caput ejus

---

3 2 Cor. 12, 10. 4 2 Cor. 8, 2. 6 Job 39, 21. 16 Jacob. 1, 2.
20 ff. die Darstellung der Georgslegende in dieser Predigt beruht zum größten Teile dem Wortlaute nach auf Nr. 58 der Legenda Aurea, doch war in Bertholds Vorlage sicher noch eine andere Quelle verwertet. Vgl. vorläufig noch die Auszüge aus Kirpičnikov und Veselovsky bei F. Vetter, Der heil. Georg Reinbots von Durne, S. LXIV f.

percuti et suspendi per caput in ferro acuto. post hec in sartaginem plenam plumbo liquefacto missus est. post hec decollatus est. primo tamen prostratus super terram et tractus et per omnes plateas etiam usque ad locum passionis sue. si igitur fidelis pro elemosina una vel pro Ave Maria aut genuflexione seu hujusmodi remunerabitur, quid igitur remunerationis habebit, qui tanta pertulisse legitur? utique preclaram gloriam.] si etiam stetit in tanta constantia adversus eos, [qui se angustiaverunt, adversus Dacianum presidem et Diocletianum imperatorem,] (154[a]) in quanta stabit [adversus eos in judicio] in sua glorificatione coram Jhesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit etc. Amen.

Wiener Hs. Nr. 106 (263[b]) = Baumgartenberger Hs. Nr. 76 (74[b]) = Rusticanus de Sanctis Nr. 124. Mauritii. De tribus statibus hominum in spiritu, hoc est, de sanis, infirmatis, mortuis; item de multiplica vilitate peccati et quod mortui in peccatis sunt flendi, et maxime tria genera peccatorum; de gaudio, cum anima suscitatur a peccato etc.

‚Convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exteriorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.' In his verbis nominantur tria genera hominum, [quia, sicut sunt tria genera hominum secundum corpus inter se differentium, quorum] quidam sunt sani et fortes, alii vero debiles vel infirmi, quidam autem mortui — [licet hii inproprie dicantur homines, nam mortuus homo non est homo, ut dicit Aristoteles — sic etiam secundum spiritum et animam sunt quidam sani et fortes in anima, alii infirmi et debiles, tertii mortui coram Deo. sicut autem primorum sunt pauci, qui vere sunt sani, nam multi putant se sanos, qui tamen materiam infirmitatis gravis, ut lepre, epilentie, febris et hujusmodi in se ferunt. secundi sunt (263[c]) multo plures, tertii plurimi. sic est in animabus.] sani spiritu sunt, qui omnia, que sciunt et possunt, bona studiose et strenue faciunt, nunquam horam sine merito expendunt, [sed pro posse, quasi semper corde aut ore vel opere Deo serviunt, ut docuit sanctus Franciscus. tales multi fuerunt

---

19 Hebr. 11, 34f.

in primitiva ecclesia.] de quorum numero fuit hec sancta legio, de qua legitur beatus Mauritius etc. (Baumgb. hat hier eine Stelle aus der Legende eingeschaltet) tales fiunt in celis divites et domini aliorum. beatus exercitus, de quo dicitur illud Jos. X. d.: ‚reversus est omnis exercitus ad Josue in Maceda', quod interpretatur ‚orientalis', sani et integro numero. Psalm.: ‚et non erant in tribulatione et infirmitate'. in talibus digne laudatur Dominus. Psalm.: ‚in populo gravi laudabo te'. de talibus dicitur Prov. X^{0}. a.: ‚manus fortium divitias parat'. hoc hodie patet in istis sanctis [et Prov. XII. e.: ‚manus fortium dominabitur'.]

Secundi sunt debiles sive infirmi, [quorum nunc ante judicium magna est multitudo.] Osee IIII: [‚audite, filii Israel, quia judicium Domino'. sequitur]: ‚lugebit terra et infirmabitur omnis, qui habitat in ea'. [Jo. V^{0}. d.: ‚in hiis jacebit multitudo magna etc.' quinque porticus piscine sunt quinque status Ecclesie: religiosorum, clericorum, nobilium, mechanicorum, feminarum. in quolibet istorum statuum sunt multi infirmi. quod autem unum omnium sanavit, est, quod pauci perfecti fiunt.] hii sunt, qui in spiritu ita adeo sunt debiles, quod manibus cum magno gravamine spiritus restituunt et modicam elemosinam dare possunt (Baumgb.: *item pedibus, quod vix ad ecclesiam vadunt*); quod ore ex mentis inopia [pauca Paternoster] vix dicunt; quod corde valde modice Deum et proximum diligunt, vix indulgere possunt, [cum multo (263^{d}) conamine ledentes diligunt;] corpore, quod laborare et jejunare non valent ex debilitate mentis, [etc. hujusmodi.] nolo tamen, quod tales desperent; caveant sibi, ne tantum modo moriantur per mortale. Eccl. XXXVIII. b.: ‚fili, in tua infirmitate non despicias te ipsum'. Interlinearis q.: noli desperare, sed ora Dominum, et ipse curabit te. [avertere a delicto et dirige manus. Interlinearis: ad bona opera. non desperet talis.] sepe enim vidimus infirmos convalescere de gravibus infirmitatibus. ut enim nulla infirmitas corporis Deo incurabilis est, ita nulla anime. Mat. [IX. g.: ‚curans omnem languorem et omnem infirmitatem'.] VIII. d.: ‚omnes male habentes curavit'. nota autem, quod ma-

---

5 Josua 10, 21. 6 der Wortlaut ist ganz falsch angeführt und so nicht biblisch. 8 Psalm. 34, 18. 9 Prov. 10, 4. 9 Prov. 12, 24. 12 Osea 4, 1 ff. 14 Joann. 5, 3. 28 Eccli. 38, 9. 34 Matth. 9, 35. 35 Matth. 8, 16.

xime curavit per manus inpositionem, id est, per tribulationem, [quia cum spiritu debiles tribulat, si patientes sunt, perfectos quandoque in virtutibus ipsos per hoc facit. nam de talibus dicitur: ,virtus in infirmitate perficitur'.] Luc. IV. g.: ,qui habebat infirmos, ducebat eos ad Jhesum. at ille singulis manus imponens curabat eos'. non desperet ergo infirmus spiritu. Tob. V⁰. d.: ,forti animo esto etc.' breviter: qui solummodo tantum virium habet in spiritu, quod, [licet mundum pro Dei dilectione deserere nolit, vel Deum solum diligere, quem admodum magni sancti diligunt, quod tamen modo tantum habeat virium,] ut Deum plus diligat quam omnium rerum vilissimum et quod illud pro dilectione Dei dimittat, hoc Deo sufficit et hominem talem ad celeste convivium suum sumit, ut dicitur Mat.: ,pauperes ac debiles, cecos ac claudos intro(264[a])duc huc'. vilissimum autem omnium, que sunt, peccatum, [cui vere nihil vilius, ignobilius, inutilius. adeo est vile, quod nollem emere cum uno denario, quod haberem omnia peccata, que sunt in provincia, super animam meam; que in mundo, cum obulo, cum ovo, cum calamo. nec aliquis nostrum hic sufficit tam bono Deo, ut saltim pro ejus dilectione hoc dimittamus. qui homo nollet, nunquam oculos vel caput vel corpus pro eo dimitteret. Dominus acceptat, ut legitur in Exo., non tantum aurum, gemmas, argentum, purpuram et hujusmodi, immo etiam filios (?) viles.] omnia alia ad aliquid valent corpori vel anime, peccatum vero neutri ad aliquid est utile, [et ideo peccatum nihil dicitur, quia nihil valet. immo est tam vile, quod nec habet esse in rerum natura pro sui vilitate. unde vere peccatrix anima conqueritur Thren. I. d.: ,vide, Domine, et considera, quoniam facta sum vilis'. Jerem. II. g.: ,quam vilis facta es nimis etc.' peccatum vilius est serpente, aranea et hujusmodi, que omnia ad aliquid valent, illud ad nihil.] si enim nullum in mundo esset peccatum, non pejus — [peccatum dico in sui natura sive in quantum peccatum, non in quantum Deus elicit de eo bonum] — non pejus staret mundus. [si enim nullum ad ultimum mendacium, homicidium, ebrietas, heresis, rapina, furtum, fraus et

---

4 2 Cor. 12, 9. — Luc. 4, 40. 7 Tob. 5, 13. 14 Luc. 14, 21. 22 gemeint werden an dieser korrupten Stelle wohl die *pelles arietum* sein, die Exod. 25, 5 vorkommen. 24 villos v.? 28 Thren. 1, 11. 29 Jerem. 2, 36.

hujusmodi, non pejus staret mundus.] nihil horum est in celo, nec pejus ibi se habet ex hoc. (264[b]) e converso omnis infelicitas [et tormentum, quod est, ex peccato tam in mundo quam] in purgatorio quam in inferno est. [omne enim, quod hic patimur, et infelicitas, quam habemus, in peccato est. quod illi puniuntur purgatorio, quod illi in limbo, id est, in carentia visionis Dei, quam habent; quod illi in inferno patiuntur, ex peccato est.] immo inutile, immo et ita nocivum, quod nulla bonitas tam magna et nobilis est, quam, si tantum unum mortale attingeret, omnem eam mortificaret. [est enim lupus bonitatum, virtutum, honorum, operum, meritorum, premiorum. immo adeo nocivum est, quod omnem bonitatem, quam attingit, adeo vilem et immundam efficit, ut in celo ovum faciat non valere. nam unicum ovum pro Deo collatum, vel quod minus est, unicum Paternoster aut Ave Maria pro Deo dictum, immo, quod adhuc minus est,] una bona cogitatio de Deo habita sine peccato mortali amplius valeat quoad vitam eternam, ut vere dicat Mich. II⁰: ‚propter immunditiam ejus corrumpetur putredine pessimorum‘. vere putredo pessima, que tam excellentissima dona tam modicum valere facit, valde abhominabilem efficit hominem coram Deo. Prov. XVI: ‚abhominabiles regi, qui agunt impie‘. [quantum abhominabiles?] in tantum, ut bona omnia, que faciunt, nihil valeant quoad vitam eternam. [Osee IX⁰ ‚facti sunt abhominabiles sicut ea, que dilexerunt‘. offerant qualescunque et quodcunque bonorum operum victimas. Prov. XV. c.: ‚victime impiorum abhominabiles Domino‘. nichilominus tamen] peccator debet etiam in (264[c]) peccato facere boni quicquid potest, licet ad premium vite eterne opera extra caritatem facta non valeant, tamen ad alia multa. [sed quantum ad premium celeste, etiam quantacunque alta sunt, que sic fiunt etiam in mortali, non valent. Luc. XVII. d.: ‚quod hominibus altum est, abhominatio est apud Deum‘.] si enim opus dignum esset celesti gloria, [abhominatio esset cum mortali. plus dico: si dignum non solum esset celesti gloria infimi premii, sed etiam gloria summi chori. plus dico: si etiam dignum esset duplici singulari quam virgines,] immo triplici [quam martires, immo

18 Mich. 2, 11. 21 Prov. 16, 12. 24 Osea 9, 10. 26 Prov. 15, 8. 31 Luc. 16, 15.

quadruplici quam doctores, quas omnes habet Johannes Baptista et Paulus, ut creditur, sed Petrus tres, non unica tantum, immo si potestate judiciaria — si tantum mortale attigit, corrupit et consumit,] totum abhominabile reddit quoad premium. Eze. XVI. c.: ‚abhominabilem fecisti decorem tuum etc.' [plus dico: si omnia opera bonorum hominum, omnes virtutes,] omnia merita quis haberet, omnia hec solum mortale corrumperet [et abhominabilia faceret.] Psalm.: ‚corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in iniquitatibus'. qui igitur Deum non tantum curat diligere ut magni sancti, saltem adeo fortis in caritate Dei sit, [ut illud tantillum, quod dicitur mortale, quod sic est vile et abhominabile,] inutile, pro ejus dilectione derelinquat et aliquantula bona adjiciat, pro illo modico salvabitur, [ut promittit Dominus in] Apok. III. d.: ‚ecce dedi coram te hostium apertum, quod nemo poterit claudere, quia (264[d]) modicam habes virtutem'. [I. Pe. V. f.: ‚vocavit vos in eternam gloriam suam modicum passos'.] Eccl. LI. g.: ‚videte oculis vestris, quia modicum laboravi, et inveni mihi requiem multam; [inclinavi modice aurem meam, et accepi illam'. ergo, ut dicitur de illo vilissimo peccato Ja. I.: ‚abjicientes omnem immunditiam etc.'] immo et hoc deprecatur Dominus, [Eccl.: ‚deprecatio Domini recedere a peccato'.] Is. LV. d.: ‚derelinquat impius etc.' qui igitur pro Dei dilectione noluit tam vile quid deserere, vix pro eo oculos vel corpus et alia magna [ut predecessores nostri exponerent, et quia vilissimum, quod in mundo est, pre optimo diligunt,] projicientur remotissime ab omni bono in locum vilissimum, ubi nihil boni, [sed ubi omnia mala, que Deus creavit, confluunt. Deut.: ‚congregabo super vos mala'. ibidem: ‚ignis succensus est'.] ideo monet Eze.: ‚convertimini, peccatores, et agite penitentiam etc.'

Tertii sunt, qui jam jacent mortui in peccatis, quorum heu maxima est multitudo, [pro predictis, quia etsi sunt quidem spiritu sani, plures tamen sunt infirmi, aut sunt in peccatis mortui, ut significatur Exo.: ‚non erat domus, in qua non jaceret mortuus'.] hos ostendit Dominus Eze. XXXVII.: ‚eduxit

5 Ezech. 16, 25. 8 Psalm. 13, 1. 14 Apok. 3, 8. 16 1 Petri 5, 10. 17 Eccli. 51, 35. 21. 20 Jacob. 1, 21. 21 Eccli. 35, 3. 5. 22 Isai. 55, 7. 28 Deuter. 32, 23. Baumgb. Matth. 25, 30. — Deuter. 32, 22. 29 Ezech. 18, 30. 34 Exod. 12, 30. 35 Ezech. 37, 1 ff.

